

JOHANNIS ERNESTI BRAUNS
Cher: Zellerf: J. V. P.

AMOENITATES SUBTERRANEÆ

ID EST
BREVIARIUM SUFFICIENS
PHYSICO-JURIDICO-HISTORICUM,
QVOD AGIT
DE
METALLI-FODINARVM
HARCICARVM
CVM INFERIORVM TVM
SVPERIORVM PRIMA ORIGINE,
PROGRESSV ATQVE PRÆSTANTIA.
PETITIS AMICORVM QVORVNDAM, QVI METALLIS FAVENT, QVAM DILIGENTISSIME EXARATVM ET TANDEM
cIɔ Iɔ cc xxvI. d. xIII. Maj.
IN LVCEM EMISSVM.

SVMPTIBVS ATQVE IMPENSIS BIBLIOPOLÆ
GOSLARIENSIS
JOHANNIS CHRISTOPHORI König.

[illegible]

A
LEVRS EXCELLENCES

MONSEIGNEVR

DE BVSCH

CONSEILLER PRIVE,

DE SA MAJESTE LE ROI
DE LA GRANDE BRETAGNE,

*DIRECTEVR GENERAL DES MINES
SVR LE HARTZ,*

ET

SEIGNEVR de Wickride, d'Offelten & d'Engerden.

ET
MONSEIGNEVR
DE MÜNCHAVSEN
CONSEILLER PRIVE,
ET
DIRECTEVR DE LA CHAMBRE
DE DOMAINE DE SON ALTESSE
SERENISSIME
MONSEIGNEVR LE DVC DE BRONSVICK ET LVNEBOVRG WOLFFEN-BVTTEL,
AVSSI BIEN
CAPITAINE DES MINES
SVR LE HARTZ,
ET
SEIGNEVR D'APLERN, NIENFELD ET
LINDEN &c. &c.



MESSEIGNEVRS!

JE n'ai pas hesité un moment de presenter ce petit ouvrage à VOS EXCELENCES; comme c'est un abbregé de l'histoire des Mines de nôtre Pays, à qui autrement l'aurois je pû offrir sinon à ceux qui en sont les Directeurs, & pour ainsi dire, les genies tutelaires? je me flatte aussi que mon petit travail ne leur sera pas désagréable, & que VOS EXCELLENCES y verront avec satisfaction que depuis le temps que nos mines subsistent, elles n'ont jamais eté plus riches ny plus florisantes que presentement, qu'elles sont confiées à vôtre soin, & à vôtre inspection.

C'est

C'est effectivement à la sagesse de VOS Conseils, & à VòTRE vigilance, après la benediction du ciel, & la protection de nos GRANDS PRINCES, que nous sommes redevables des thresors qu'elles dispensent avec tant d'abondance. Il est vray que ce n'est pas sans peine; mais on a lieu d'être content de son travail, lorsque l'on en est recompensé avec tant de largesse.

Parmi mes autres occupations Academiques, j'ai crû qu'il etoit de mon obligation de m'instruire à fond de cette belle production de la nature, d'autant plus que je suis né d'une famille qui fait consister son principal devoir à y rendre ses tres humbles services. Heureux s'ils ont le bonheur d'agréer à VOS EXELLENCES; & heureux moy même si je pouvois par mon petit travail meriter leur approbation, & leur protection. C'est la grace que je leur demande trés-humblement. Je suis avec un profond respect

DES VOS EXCELLENCES

MESSEIGNEVRS

Le très humble, & le très Obeïssant Serviteur

Zellerfeld
le XIII. May
MDCCXXVI.

Jean Ernest Brauns.



PRÆFATIO.

MAgnificentius nullum jucundiusque ſpectaculum occurrere poteſt, quam ſummi Numinis Opera intueri, in illisque relucentem obſignatamque veluti ejusdem ſapientiam admirari; ut enim de cœlis ſileam, qui teſte ſcriptura, DEI gloriam eloquuntur; terra ipſa licet in ſpeciem vilior, quippe quam pedibus mortales viliores ipſi proterunt, terra inquam quantis abundat miraculis in triplici quo ſuperbit regno? Plantas quam multas ſcilicet, animalia quam varia, quam in uſus hominum fœcunda ſuppeditat, ex divite illius ſinu, veluti penu inexhauſto eruuntur. Mineralia nunc præſentisſima Medica-

dicamenta, nunc opes immensæ, malis quidem irritamenta malorum, bonis vero efficacissima in malis solatia. Felix Regio, quæ illorum thesaurorum ferax est! Felices Principes, quibus illam possidere Regionem contingit! cara prorsus DEO Brunsvicensium Ducum, Patrum Patriæ soboles; quibus hæc tanta bona clemens DEI providentia indulsit. Duces inquam Serenissimi, qui originem suam ex antiquissima stirpe repetunt, uti ex Tabula præfixa videndum. Verùm hic pedem figo, nec enim Panegyrim instituere mihi est animus, nec tantis laudibus ipse sufficere possem. Felices etiam subditi, qui regiones illas incolunt! Horrida quidem & aspera, nive, gelu, & hyeme rigentia Juga, sed quæ deliciis campani ruris & suave olentibus pratis vinetisque merito præferas. Eant igitur metallarii nostri, suasque delicias Italis non invideant, viscera suæ matris sine crimine dilacerent fodiantque, adeo illud non indigne fert pia benignaque parens, quin potius uberrimo proventu labores eorum compensabit ditabitque. Pro virili etiam meo hac in parte officio facturus satis, præsentem hunc tractatum scribere, atque in originem Metalli-Fodinarum inquirere constitui. DEUS utinam cœptis meis aspiret faveatque.

PARS I.



PARS I.

DE METALLI-FODINARUM HARCICARUM CUM INFERIORUM TUM SUPERIORUM PRIMA ORIGINE ATQUE PROGRESSU.

§. I.



Gregie *Horatius Lib. I. Sat. 1.* suum decernens monetæ pretium ita canit

Nescis quo (i.e. ad quid) valeat nummus, quem præbeat usum?

quasi dicere voluisset, nescis, quæ sit hodierna nostri temporis indoles? præ simplicitate avita nunc potest omnia nummus. Cum é contrario pristino illo ævo nullus auro argentoque, sed soli rerum permutationi esset locus. *Vid. Cluv. Germ. Antiq. Lib. I. Cap. IIX. Tacit. de moribus Germanorum, item Homer. & Just. &c.*

§. II.

Orta vero inde ſumma rerum confuſione factum eſt, ut monetæ ex metallis conflatæ uſus huic permutationi ſucceſſerit, inſigni ſummi Numinis beneficio, pro quo grates illi rependere maximas officii noſtri eſt, ejusque hac in parte immenſam potentiam, ac ſapientiam conſiderandam, ambabus quaſi ulnis amplecti.

§. III.

Quoniam vero ex Metalli-Fodinis eruuntur hæc metalla, de illis in præſens differere mihi eſt animus, atque imprimis de Fodinis illis, quæ, in Harcico tractu extant, quarum jam inventionem perfectionemque, ex quibus de illarum præſtantia conſtabit, ob oculos ponere decrevi, locum illum breviter ex Geographia deſcribam, qui Germanis Hartz audit.

§. IV.

Neminem procul dubio latet, Regionem illam vulgo Hartz dictam, nomen ſuum ſumſiſſe à Sylva iſta Hercinica, quæ totam fere Germaniam olim longe lateque pervadebat, de qua *Caeſar de Bello Gallico Lib. VI. Cap. XXV.* ſequentia in medium profert.

Hujus Herciniæ ſylvæ latitudo IX. dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum & Nemetum & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione, pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis à flumine regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe adiſſe ad initium ejus ſylvæ dicat, cum dierum iter LX. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit &c. Conf. item Mela, Florus Cap. XII. Lib. IV. inviſum atque inacceſſum dicit ſaltum Hercinicum.

Ex quo ſaltu varii deinceps, pro variis in quibus extant locis, exorti, adeo, ut tantæ magnitudinis hodie amplius non ſit, ut §. *XI.* infra apparebit.

§. V.

Unde vero Vox illa germanica Hartz appellationem ducat, plures opiniones ſunt. Alii derivant à Voce Germanica Hartz, quæ picem ſeu reſinam ſignificat, propterea, quod reſinæ ferax eſt, & præ ceteris abundat hæc regio, propter arbores, ex quibus liquor ille deſtillat, quæque in hac ſylva frequentes reperiuntur; Verum pix illa haud tanti valoris & pretii eſt, ut ſuo nomine tam nobilem ſylvam pluribus meliorisque momenti acceſſionibus celebrem inſigniat.

§. VI.

Placet magis illorum ſententia, qui à duritie appellationem illam arceſſunt, ac ſi duram regionem dicas, in qua gens ipſa, ſolum, äerque durioris indolis ſunt. De gente illud teſtantur antiqui ſcriptores permulti. Sic *Henricus Rosla in Carmine ad Herlingsbergam ita loquens pag. 777. verſ. 120.*

Hart eſt,

Hinc ideo dictum, quia durius omne, quod illud educat, eſt aliis, genus hoc hominum neque ferrum neque mortem metuit, conceperit ut modo bilem &c.

Et Fridericus Lange de Saxonia ita canit

Reſtat laudanda Saxonia magnificanda à Saxo dicta, gens Saxoniæ benedicta eſt fortis, dura, gens bellica vix ruitura.

Quibus accedit *Florus Lib. IV. Cap. 30.*

Inde validisſimas nationes Cheruscos pariter eſt aggreſſus (nimirum Cæſar.)

Nec diſſentit *Tacitus de moribus & populo Germanorum Cap. 30.*

Duriora genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & major animi vigor &c.

Etiam nunc hodie constantem sibi gentis illius duritiem exinde cognoscas, quod in subterraneis antris specubusque, in voraginibus coecis puteis, cuniculis &c. consuescant, pestiferamque ex locis illis exhalantem auram sustineant, quod robustius validiusque corporis temperamentum arguit.

§. VII.

Aëris durities & inclementia prope intolerabilis, frigus etiam tam asperum, ut fruges ibi adolescere nequeant, & ex circumjacentibus locis eo importari sit necesse, quantum ad victum incolarum sufficiat.

§. IIX.

Soli & fundi in hocce tractu durities ferro vix & pulveris nitrati impetu domita, constabit evidentius ex Parte II. ubi de Metallis sermo fit, quæ tanto conatu & tantis sumtibus ex illius sinu eruuntur.

§. IX.

Nec desunt, qui vocem hanc petitam volunt à monte quodam Blocus dicto, seu Bructerus item Melibocus germ. Brocken, Brockensberg, Blocksberg/ &c. quem nonnulli etiam Hartz dicunt, ut constat ex Diplomatibus quibusdam Friderici I. Imperatoris, in gratiam Henrici Leonis emissis 1157. *Forestum in montanis, quae dicuntur Hartz &c.* Similiter ex Tabulis, quibus partitionem ditionum suarum inter filios faciendam consignat, Henricoque Juniori assignavit fines Herciniæ. *Usque ad montem, qui dicitur Hart, & totus mons Hart suus est, ut & ex Ptolomaeo, ac Cluverii Antiquitatibus Germ. Lib. III. Cap. 48. §. 5. item Helmoldo Lib. I. Cap. XXVI. & Raymundo &c.* Attamen, si meis conjecturis indulgere licet, prædictus mons non primum ab initio Hartz, sed constanter Brockensberg, Brocken/ dictum existimo.

§. X.

Cur vero der Brockensberg à latinis Bructerus dictus sit, nemo adhuc quantum sciam distinctius explicuit. Nonnolli à Bructeris, Bricteris, Bruteris, Boructuariis, Bortharis nomen hoc repetunt,

gente ſcilicet quadam, quæ primum verſus Weſtphaliam ad fluvium Ameſin ſedes poſuerat, poſtea vero ad Rhenum in prata Juhonum concesſit. Alii vero ut *Cluverius & plures Lib. III. Cap. XLVII. §. 5. hanc* etimologiam plane rejiciunt, floccique pendunt.

§. XI.

Nihilominus eam in totum eſſe rejiciendam non arbitrarer, nam certisſimum, prædictam nationem Herciniæ ſylvæ tractum, qui hodie der Weſter-Wald audit, occupaviſſe *Cluv. Lib. III. Cap. 13. §. 3.* multaque cum Cæſare, Druſo aliisve finitimis bella gesſiſſe. Cum igitur illis temporibus muniendorum locorum homines eſſent ignari, ut tuti adverſus ſuos hoſtes eſſent incolæ, ſylva hac pro nativa munitione & veluti muro utebantur. *Confer. Caeſar de bello Gallico Lib. VI. Cap. 10. item Strabo Lib. VII. Sylva Hercinia denſior eſt, magnisque conſita arboribus, locis natura munitis, magnum includens circulum,* in eaque ac ejus cavernis vallibusque abſcondebant ſeſe, uti videre eſt ex *Flori Lib. III. Cap. 10. Caeſar Hercineis hoſtem quaerit in ſylvis, ſed in ſaltus & paludes genus omne diffugerat &c.* Quæ cum ita ſe habeant, nemo inficias iverit, quin populus hic, quem hoſtis eſt perſecutus, fines hujus montis Hartz ſeu Bloci attingere, nomenque inde ſuum Bructero dare potuerit. Sed hæc obiter, ſcopus enim mihi non eſt, in montis hujus nomen inquirere, nam in re tam obſcuræ originis, de qua nihil certi autores tradunt, meæ conjecturæ parum ponderis haberent.

§. XII.

Nunc à diverticulo in viam i. e. ad ſylvam ipſam Harcicam redeamus, quam Cæſar referente *Floro Lib. IV. Cap. 12.* tanquam inviſam atque inacceſſam ad illud usque tempus patefecit. Succedentibus poſtea bellis, cultaque magis & magis Germania, pluribus in locis ſucciſa & incendiis devaſtata, multa deinceps diverſaque accepit nomina. Inde traxere ſuum nomen der Schwartz-Wald, apud *Marcellinum Lib. XXI.* der Düringer-Wald, ibidem, der Böhmer-Wald, *Strabo Lib. VII.* Der Weſter-Wald, videatur *Cluverius*

Lib. III. Cap. 13. &c. Quæ ſylvæ prius communi nomine der Hartz, gaudebant.

§. XIII.

Hodiernis temporibus reſtringitur hoc nomen ad plagam ſylvæ, quæ circa iſtum Blocum montem ſeu Brockensberg, ad fines Brunſvigo-Luneburgicos & Halberſtadienſes adjacet: Qui tamen mons inhabitatus huc usque remanſit. Incolæ illius tractus dicti ſunt die Härtzer, latinis Hercinii, olim Orcinici *Conf. Eratosthenes & Caeſar de bello Gallico Lib. VI.* item Bacenes, Hercinici ſaltus, ſilvæ Semanæ incolæ, *Ptolomaeus Cap. 24.* Hercinici jugi cohabitatores, *Plinius &c.* Meliori vero jure Cherusci, Cheruscæ, Cherisci, à gente quadam Cheruſcorum, quæ in illo tractu ſedes habuit, à quibus Cheruscis prognati deinde Brunſvicenſes appellati ſunt.

§. XIV.

Dives præcipue regio pecorum & armentorum, propter paſcua præpinguia, quibus ſuperbit, hincque lacticiniis diffluit. *Confer. Dn.* Löhneiß in ſeinem ausführlichen Bericht von Bergwercken. *pag. 7.* Feræ illic diverſi generis plurimæ, ut eriam cervi, apri &c. æque ac aves rarisſimæ *Confer. Tider. Lange in Carmine ſuo de Saxonia.* Quod vero animalia illa pertinet,de quibus *Caeſar, Plinius, Cluverius.* & alii mentionem faciunt, hodie ſunt prorſus incognita. Piſces quoque affatim nutriunt limpidiores aquæ,è montibus ſcaturientes, & in varia flumina exonerantes ſe, inter quæ nobiliora ſunt Siba, Soeſa, Eckera, Ilſa, &c. Aqua vero Alba, das Weiße Waſſer, fortasſis ab albedine ſuarum aquarum dicta, & ut plurimum multum gypſi ſecum vehit & aluminis, item Ockera, Ochra, ſeu Onacrum luteam ſeu mineralem aquam gerens ad XII. milliaria usque ad arcem Sladam plane piſcibus carent.

§. XV.

Ordo nunc expoſceret & inſtituti ratio, ut Metalli-Fodinas in utraque Hercinia exiſtentes ſine longiori ambage deſcriberem, ſed quoniam in Hiſtoria deprehendo, fodinas illas multis fatis caſibusque fuiſſe obnoxias, nunc excultas mox derelictas, cauſas variæ illius fortunæ paucis retegam.

§. XVII.

§. XVII.

Huc ſpectant ſubnata identidem impedimenta, quæ culturam fodinarum interturbaverunt, primo defectus lignorum neceſſariorum, ad aggeres, molesque extructas in ſpecubus ſuffulciendas, tum excoquenda metalla, quæ ligni inopia inde profecta, quod in æſtate tantus aliquando ardor æſtusque fuerit, ut immenſæ Silvarum regiones combuſtæ ſint, prout ex Hiſtoricis notum eſt. 1.

Si penuria aquæ tanta, ut metallorum machinis tunſatilibus movendis, metallis lavandis non ſufficiat, quem etiam defectum æſtas exſiccans promovet. Sic Hiſtorici coævi Iſterum aqua ita fuiſſe exhauſtum anno 1473. teſtantur, ut ſicco pede pertranſiri potuerit. 2.

Tertio metallifoſſores puteum deſerere coguntur, ſi multum aquæ ſpecus habet, qua impediuntur à laboribus. 3.

Porro ſeveritas Principis ſeu Domini territorialis in metallarios, uti exemplum ex metalli-fodinis Harcicis inferioribus ſub Henrico IV. oſtendit quæ per decem annos incultæ remanſerunt Confer. §. 27. infra. 4.

Deinde bellum, cum inteſtinum tum extraneum, quod ex antecedenti fluit, uti bellum iſtud Saxonicum cum Henrico IV. rem nobis infra §. 27. ſatis declarabit. 5.

Nec non & inopia frumenti maximaque annonæ caritas, unde reliqua pretioſiora fiunt, & ad quæ comparanda laboratur, ut ex temporibus anni 1004. imperante Henrico II. elucet. 6.

Dein impedimentis illis annumerandi grasſantes pernicioſi peſtilentesque morbi, uti anno 1006. contigit, cum hominum numerus ita decrevit, ut per longum temporis ſpatium fodinæ operariis mortuis fuerint incultæ. 7.

Iterum ſi in fodina venæ, quæ foſſoribus primum ſpem ſui ingentem fecerant, derepente ceſſant, nihilque præter nudum ſolum oſtendunt. 8.

Accidit etiam aliquando, ut fodina auram peſtilentem, venenoſamque fumi exhalationem emittens, qua metallariorum aſpera arteria ita obſtruitur, ut ſpiritus interclusione ſuffocentur, tuncque illam deſeri neceſſe eſt. *Conf. Georg. Agric. in Bermanno de re metallica fol. 452.* 9.

Etiam

10. Etiam impediuntur igne subterraneo, quem particulæ metallorum sulphureæ inter se collisæ cient, ita, ut omnia incendio pereant. Exemplum Vide in *Georg. Agricol. Lib. IV. fol. 156.*

11. Quid, quod? negligentia frausque metallifossorum haud raro metallifodinis nocuit, si rationes non bene subduxerint, majoresque sumtus in puteos impenderint, laborem haud recte instituerint, viamque minus justam institerint, ita, ut specubus ex fisco aliorum extructis debita contraxerint. His adde,

12. Si Fodinæ cultores spe haud amplius freti Symbola sua porro suppeditare recusant, *Vid. Georg. Agricola Lib. I. de veteribus & novis metallis. fol. 395.*

13. Tandem aliqui præsentiam & infestationem dæmonis metallici pro impedimento statuunt gravissimo, utpote qui metallarios occidit. Distingvunt illius opinionis asseclæ, dæmones illos seu genios, in bonos & malos, dicentes, à bonis metallifossores ad laborem incitari, faustoque illos omini esse, à malis vero (quos Cyclopes Plutonis cultores salutant) perfossores anima privari. Ut *Georg. Agricola in Bermanno pag. 425.* exempla suppedidat. Fribergi sc. contigisse, ut duodecim viri ab ejusmodi geniis ex inproviso extincti sint. Aliqui, ut *Diodorus Siculus*, hunc dæmonem pro Plutone ipso habent, quia primus docuisset cogere pecunias, atque asservare ad usus vitæ necessarios, sibique subterranea regna sorte obtigissent. Unde *Strabo Lib. III.* item *Demetrius Phalerius asserunt*, metallarios tandem Plutonem ipsum effossuros. Dæmonem vero illum imaginarium quid esse, & inane spectrum in nuda phantasia subsistens crediderim, nisi forte Dæmonem appellant auram istam pestilentem, quæ effossis lapidibus metalliferis in fodina tanta copia in vapores assurgit, ut metallicorum asperam arteriam (ut supra videre est impedimento 9) includat, sicque plane vitam eripiat.

§. XIIX.

Mi DEUS, omnium malorum remotor, bonorum Dux atque Princeps, qui scis, qualis utilitas toti humano generi ex metallis diversimode proveniat, qualeque iis deficientibus incommodum exoriatur, ad Te pro nunc preces meas provolvo humillimas, ut fodinis nostris semper præsto esse velis, easque in dies ex ejusmodi in-

commo-

commodis atque decrementis ſervare, protegere, incrementaque materialium, præprimis lignorum clementiſſime porrigere atque largiri.

§. XIX.

Nunc juvante DEO ad metalla ipſa me convertam, primoque à Superioris Herciniæ fodinis initium faciendum eſſet, ſed quoniam apud autores de illarum origine certa non ſit mentio, nec niſi ex inferioris Herciniæ fodinis per conjecturas poteſt colligi, prius de metalli-fodinis Harcicis inferioribus juxta Ramelium montem ſitis, utcunque agam.

§. XX.

Originem quod attinet, de hac multivarie ſermocinantur. Alii ab Ottonis, alii ab Henrici Aucupis temporibus repetunt; Sed nihil certi ullibi locorum deprehenditur. Tantum illud certum eſt, ſeculo X. divites haſce venas fuiſſe repertas, atque adeo in Henrici Aucupis tempora quam Ottonis, illi in Imperio ſuccedentis incidere potuiſſe; Præprimis vero ex variorum Autorum ut *Winkelmann pag. 144. Engelhuſius in Chronico Amelungsbornenſi pag. 175.* ſententia, variisque circumſtantiis probabilius eſt in Henrici Aucupis venationibus addictiſſimi tempora incidiſſe. Is enim cum aliquando aves, cervos ferasve beſtias perſequeretur, equum ad radices montis arbori alligavit, montemque venationi intentus conſcendit. E ſilvis poſtea redux, obſervavit, Ramulum vel Rammum ſuum, ita equum appellabat, lapillos nitentes pedibus effodiſſe; Henricus, genus hoc lapidis maxime admiratus, ad tugurium, quod homo quidam nomine Gundelcarl inhabitabat, properans, ad quem ordinarie divertebat, venationibusque feſſum corpus curaturus, hunc interrogat, qualis ille ſit lapis? is ignorantiam confeſſus, ſecum tamen reputat, certe alicujus eſſe momenti, Cæſaremque rogat ſuppliciter, ut montem huncce ſibi ad tempus donaret. Imperator inter ſui ævi Principes liberaliſſimus petitis illius indulgere non dubitat. Hic Gundelcarl, natione Francus conterraneorum quosdam ad ſe vocans, incipit ſuffodere hunc montem, quem à primo venarum inventore Ramelium dicit, talesque intra breve temporis ſpatium homini pandit divitias, ut ex inope dein opulentisſimus factus. Hac occaſione urbs monti huic

vicina, incepit postmodum Goslaria (a) appellari ab uxore ejus Gundelcarl Goza dicta.

§. XXI.

Illustr. Dn. Meibomius conatus quidem est, in Dissertatione quadam de origine & progressu metalli-fodinarum Harcicarum inferiorum in sententiam solius, qui ei stipulatur *D.* Löhneiß, conspirare, contendens, Ramelium montem non ab equo illius nominis, nomen suum habere, sed à venatore sic dicto. Cujus argumenta vero parum probantia hisce de causis videntur. Scilicet narrat *Dn.* Löhneiß, istum venatorem, qui lapidem metalliferum ab equo ungulis è terra eductum Ottoni obtulisset, Ramelium fuisse cognominatum, à quo deinceps mons Ramelius fuerit dictus. Cum tamen notissimum istum montem tempore Henrici Aucupis, sub quo metalla ibi jam floruerunt, id quod *Winkelmannus in Amphitheatro orbis pag. 144. Engelhusius & Meibomius ipse in* §. *XXII. dictae Dissertationis, item in Historia Bardevici pag. 148.* attestantur, eo nomine jam fuisse insignitum. Ergo plane impossibile, ab Ottonis venatore hujus nominis, montis nomen primo prodiisse. Similiter quidem adducit *Schreiberum* in seinem Historischen Bericht von Bergwerckwercken/ iste vero *Engelhusio* magis quam *Löhneisio* in sua opinione suffra-

[a] Hic perpendenda occurrit varia variorum opinio, urbem hancce Goslariam non ab uxore Gundelcarl Goza nominis ita appellari, sed a forma istius loci ipsa, quæ è longinquo anserem repræsentaret, indeque plus sæpé ab incolis dici die Graue Gooß/ oder die Graue Ganß/ à Saxis cinerei coloris scissilibus, quibus intecta istius loci domicilia videntur. Alii vero atque alii hanc appellationem à flumine isto notissimo Gosa, qui urbem perfluit, defendunt, sed sine sufficienti ratione. Tantum quidem certum, quod flumen attinet, cerevisiam, quæ ibi ex eo coquitur dulcissimam, hinc inde eo nomine appellari; Quod vero urbem, eamque à se ipsa vel potius à sui ipsius forma anserina prædicari, minime constat veritati. Nam primo certissimum, urbem istam à primis suis incrementis hoc nomine prædicatam fuisse, deinde non statim in sua forma pari magnitudine exstructam, quoniam partim ab Henrico Aucupe, partim ab Ottonibus successim exculta legitur, consequenter non statim anseris faciem repræsentasse, & hinc inde primæ opinionis Asseclis, nomen nimirum à Goza uxore Gundelkarl cepisse, adstipulandum.

ſuffragatur. Quid multis! apud nullum autorem venatoris illius alias fit mentio, ut etiam *ex Georg. Agricola Lib. I. fol. 393. de veteribus & novis metallis*, ejusque verbis, ex annalibus diligentiſſime petitis pateſcit.

> Quoniam vero venæ primo non ſemper vel hominum manu vel opera inventæ ſunt, vel eas ars demonſtravit, aut forte fortuna: De hac re quid in Annalibus ſcriptum ſit, quid nobis metallici narrent, quid noſtris temporibus acciderit, paucis explicabo. Itaque metallum Goslariæ ſic natum fuiſſe perhibetur. Quidam nobilis homo, cujus proprium Vocabulum, quo appellabatur, non proditur, equum, cui nomen erat Ramelius, in monte ad ramum arboris alligavit, is ungulis quibus ferreæ ſoleæ inductæ terram quatit, verrit, atque ita reconditam plumbi nigri venam integumentis nudavit, non aliter ac Pegaſus alatus, ut Poetæ fingunt, aperuit fontem, tum ungula ferit Saxum. Ut autem fons iſte ex eo nominatur Hippocrene, ita montem noſtri Ramelium vocarunt. Sed ille niſi ex Poetis aquas collegiſſet perennes, jam diu exaruiſſet: Hic etiam hodie maxime floret, atque admirabilem plumbi copiam ſuppeditat. &c.

Item *ex Epigr. Reusn. in* Goslariam urbem confecto.

Fama eſt, Pegaſei factas pedis ictibus undas,
Unde ſacros laticos Muſica turba bibit.
Sic equus argenti venas plumbique Ramellus
Calce pedis fertur applicuiſſe ſui,
Saxonicis urbs quæ fulget Goslaria campis
Felix, cui virga ſuppetit omne DEI.

§. XXII.

Ne vero primum venarum adinventorem nomine Gundelcarl prætereamus, talem tempore Henrici Aucupis fuiſſe, negat *Meibomius in ſupra allegata Diſſertatione* §. *XI.* hiſtoriamque illam ut commentum ac fabulam prorſus irridet. *Engelbuſiumque* admisſi erroris §. *XVII.* in eo accuſat, quod Henricum II. cum Henrico Aucupe confuderit, *Schreibero* adſtipulatus, qui affirmat, Gundelcarl ſolum iſtius nominis tunc temporis imperante Henrico II. ceſſantibus morbis peſtilentibus primum metalla effodiſſe 1016. Tamen quod ridiculum eſt, cum *Dn. Schreibero* in eo conſentit, eum Gundelcarl fuiſſe conſanguineum primi inventoris, mimine ſecum reputans, conſanguineum majores habere debuiſſe ſuæ Stirpis *vid. Schreiber. Cap. V. pag. 38.* Ex quibus videre eſt, Diſſertationem iſtam nec ſibi ipſi conſtare.

§. XXIII.

Circa *Agricolam*, quem ſuperius allegavi, notandum: Ab illo Dominum ſeu poſſeſſorem equi Ramelii Nobilem abſolute & quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν dici. Hunc vero Nobilem inferioris ordinis non fuiſſe, ex his patet, quoniam fere per id tempus nemo ejusmodi Nobilis circa hunc locum habitavit, nec cuivis haud dubie fuit permisſum, venationes in iſtis montibus inſtituere. Quamobrem hac denominatione Nobilis Imperatorem ipſum Henricum Aucupem deſignatum ab Agricola fuiſſe crediderim. Princeps enim ille qua erat modeſtia in ſuis diplomatibus ſe Regem, Nobilem, Imperatorem &c. inſcribit, ſubmiſſumque ejus animum hoc ſatis oſtendit, quod tempore coronationis ſuæ, illam plane deprecatus fuerit, hisce verbis *uſus, Satis eſt mihi, ut prae majoribus meis Rex dicar, penes nobiliores ſint unctio & diadema. Tanto honore nos arbitramur indignos vid: Engelbuſius pag: 174.*

§. XXIV.

Poſtquam per multos annos Imperio laudatisſime præfuiſſet, anno 936. in hoc tractu Goslariæ, & filio ſuo Ottoni M. I. hujus nominis Imperium reliquit, qui & patris ſui publicis præconiis dignisſima veſtigia eſt ſecutus, fodinasque magis & magis excolere fuit ſollicitus, virgulaque divina novas quærere venas tentavit.

§. XXV.

§. XXV.

Quod enim *Engelbusius*, *Winkelmannus*, *Löbneisius*, & alii citante *Meibomio in Dissertatione sua* referunt, Ottonem admodum fuisse ditatum ex fodinis, duasque inde Ecclesias collegiatas & nobile Palatium Goslariæ fundasse, facile his assentior. Verum unde immensas hasce divitias comparare sibi potuisset, si primum ab illo inventæ fuissent fodinæ? si vero, quod probabilius & certius, jam sub Henrico Aucupe floruerunt fodinæ, tametsi fatear haud negare *Meibomium*; tunc illud minime superat fidem, quod Otto tantas facultates possederit. Quo vero ordo succesionis perspicue elucescat, sequens schema adhuc adjiciam.

HENRICUS AUCEPS
fit. Imper. 919. † 936.

Otto I. suc. in Imp. † 973.
Otto II. suc. † 983.
Otto III. † sine relicta sabole 1002.

Henricus Bavaricus, qui Lineam Ducalem propagat † 955.

Henricus Rixosus suc. 955. † 995.
Bruno I. † 1006.
Bruno II. † 1014.
Ludolphus † 1047.
Hermannus Comes Nort-hemensis. Quoniam plurimi eum omittunt, nec annus succesionis, nec obitus constat.

Bruno III. suc. † 1057. Egbert9 I. suc. † 1068.

Egbertus II. † 1090.
Gertraud Heres terrarum Brunsvic. † 1117.
Sigfridus I. suc. † 1002.
Sigfridus II. Henric9 Benno.
Otto succ. 1062. † 1083.

Henricus Pinguis suc. † 1101.
Sigfridus III. Comes Palatinus.

Richenza, Heres Saxon. maritum habet Lotharium Imp 1113. † 1137.

Gertrraud, Heres Saxoniæ, maritum habet Henricum Superbum sanguinis Welphici & Estorum. † 1139.

Henricus Leo Dux Bavariæ & Saxoniæ. † 1195.

Henricus Junior (longus Zellen. † 1227.
Otto Bruesvic. fit. Imper. 1197. † 1218.
Wilhelmus Longo-spatha Luneburgum accipit.
Otto puer primus Dux Brunsvic. Luneb. † 1277.

§. XXVI.

Filius Ottonis Otto II. in Imperio anno 973. ſine intervallo medio ſuccesſit, & veſtigiis patris inſiſtendo diligentisſime proſpexit, urbemque Goslariam ob multitudinem metallariorum, quæ antea ex paucis plateis conſtabat novis ædificiis vicisque adauxit, in quibus metallifoſſores habitant, natione Francones dicti, inde adhuc hodie ab ipſis der Franckenberg innotescit *vid. Dn.* Löhnmiß *Par. V. fol. 77.* Otto III. Filius 984. ab Archi-Episcopo Moguntinenſi Willigis coronatus ſtrenue opus urgere ſtatuit, ſuæque proſapiæ nimirum ab Henrico Aucupe ortæ 1002. moriens finem impoſuit.

§. XXVII.

Nunc me convertam ad Ottonis I. Fratrem Henricum Bavarum, ejusve Nepotem Henricum II. qui in Imperio Ottoni III. ſuccesſit, neque minus metallorum ſollicitus indagator fuit, uti videre eſt ex *Ditmari Chronico pag: 216.* tantasque ibi effodit divitias, ut Saxoniam ſuam Paradiſi inſtar, ſive ſecuritatem ſive omnium rerum abundantiam ſpectes, habuerit. *Confer. Dn. Winkelmann* Stam̃ und Regenten-Baum der Durchlauchtigen Hertzoge von Braunschweig und Lüneburg *pag: 19.* Qua abundantia haud dubie ad metalla alluſit. Viginti duos annos Imperio laudatisſime præfuit, ſoboleque non relicta, vita privatus Sceptrum ſuum Franconiæ Stirpis Ducibus cesſit.

§. XXVIII.

Ne vero, quæ fata metallorum ſub eo fuerint, taceam, anno 1004. tanta fuit annonæ caritas, ut plurimi inedia confecti, imo duobus poſt annis 1006. tam peſtilens morbus caritatem hanc excepit, ut ægrotare vix incipientes, etſi ſpes eſſet, fore ut reconvalescerent, tamen unà cum mortuis putrefactisque terræ mandarentur. *Confer. Lamber. Schaff. item Sigonius de Regno Ital. Lib. VIII.*

Proximo anno 1006. rei frumentariæ inopiam tam gravis peſtilentia excepit, ut ſepelientium tædio affecti adhuc ſpiritum ducentes obruerentur cum mortuis. Un-

de factum, ut metallifodinæ per decem annos ſiluerint, deinde verò eo majori diligentia excultæ fuerint.

§. XXIX.

Conradus II. Henricus III. & Henricus IV. natione Francones Sec. XI. Imperatores, defectum hunc hominum conterraneis ſuis, qui metalla de novo effoderent, reſarciverunt, quæ per multos annos probe, & ſummo cum emolumento excoluerunt. Sed ſub Henrico IV. inimico ut videbatur metallariorum, multis magnisque fatis obnoxia fuerunt. Primo totum iſtum Ramelii montem cuipiam in fidem & clientelam dat, deinde ob flagitioſos mores perverſaque quibus imbutus erat vivendi principia (ſtultum enim eſſe putabat, ſibi non in omnibus adoleſcentiæ deſideriis ſatisfacere) à Ducibus Saxoniæ tantis bellis impetitur, ut omnia in pejus ruerint. Brevi poſt metallorum præfectum male excipiens, omnibus metallorum foſſoribus privatur, ita ut IX. ad X. annos inculta remanſerint.

§. XXX.

Cum vero decimus cenſus ex hiſce metallis immediate Cæſario Fiſco ceſſerit, veluti Ditionis imperialis factæ; inde Imperatores eo adducti, ut labaſcentes, & ſenſim in deterius ruentes puteos inſtaurarent, & per centum annos usque ad Conradum III. in cultura ſalvi remanſerunt.

§. XXXI.

Iſte Conradus III. cum Henricum Superbum omnibus ſuis ditionibus mulctaviſſet, propterea, quod Henricus Leo Filius Obotritos ad Chriſtianam religionem vi armisque cogeret: Henricus Leo male hoc ferens, nullum non movet lapidem, ut ſua patrisque dominia recuperet, plurimum conſcribit militem (cum poſtea Goslariæ Imperator cum Ducibus quibusdam Imperii comitia haberet) fodinis prius devaſtatis ſuffosſisque, in eas anguſtias eum redegit, ut comitia diſſolvere, & ſuo Parenti ablata reſtituere teneretur. Anno vero 1180. nonnulli calumniatores Fridericum I. quem antea ſibi faventem habuit, ab illo abalienaverunt, afflictisque illi aliquibus fa-

cino-

cinoribus, propter quæ ab illo ſuis iterum ditionibus ſpoliatur, quas inter diverſos Principes partitus eſt. Henricus Leo animis non deſpondens in urbem Goslariam, quam Cæſares teſte *Lamber. Schaffneburg.* valde amarunt, ut pro patria ac lare domeſtico incolere ſoliti fuerint, magnum impetum facit, omnia incendiis delet, obvium quemque in ſuam redigit poteſtatem, adjacentesque urbes tam multis incurſionibus infeſtat, ut deinde haud gravatim ſine multa opera omnes terras ſuas recuperaverit. Sed hæc obiter. Inde colligere licet, quomodo Metalli-Fodinæ id temporis ſeſe habuerint.

§. XXXII.

Sub Henrico VI. aliquantum conflorefcere quidem ceperunt, ſed vix operi manus admota, cum Ottone IV. & Philippo de Imperio certantibus cruenti belli flamma per totam fere Saxoniam recrudeſcens inchoatos labores prioresque irritos fecit, usque dum Philippus ille Imperator 1208. morte ſua Saxonibus pacem reddiderit. Otto inde ut alia, quæ bello in ſolitudinem redacta, ita & metalla in priſtinum ſtatum reſtituit. Id quod per XX. circiter annos diligentisſime in curis habuit, quibus elapſis mors vitæ finem 1218. impoſuit.

§. XXXIII.

Huc usque de Metalli-Fodinis Harcicis inferioribus, de quibus diſſerere inſtituti mei ratio tulit. Nunc ad felicia Ottonis Pueri appellimus tempora, ante quæ metalli-fodinæ Ramelii montis ad Imperatores patrimoniali Jure pertinebant, deinceps vero illarum Dominium & proprietas in Ottonem, omnesque ejus ſucceſſores translata fuit. Quomodo vero iſtæ venæ, Harticæ, inferiores puto, ad Sereniſſimam Brunſuicenſem Domum pervenerint, paucis exponam.

§. XXXIV.

Ex dictis conſtat, illudque ex monumentis Hiſtoriæ notisſimum. Henricum Leonem tres poſt ſe reliquiſſe filios Ottonem IV. deinceps Imperatorem Auguſtum, Henricum Juniorem ſeu longum Palatinum Rhenanum, & tandem Wilhelmum Longoſpatham, Dominum de Luneburg (de quibus infra §. 35.) Ottoni nulli ſuperſtites fuerunt libe-

liberi, similiter Henrico Palatino, exceptis duabus filiabus, ex Agneta Conradi Comitis Palatini filia susceptis. Inter illas natu maxima Marchioni Badensi nupsit, quo sine relictis liberis mortuo, illa terras Brunsuicenses sibi vindicare audet, sedemque in arce Brunsuicensi ponit, cumque vidua ditionem istam administrare & tueri non potest, illam Friderico II. id temporis Romanorum Imperatori, cujus instinctu & consiliis haud dubie rem omnem fuerat molita, qui diu illis regionibus inhiaverat, pro vilissimo pretio divendit. Otto Wilhelmi filius, tanquam unicus Henrici Leonis superstes nepos & heres, factum indignatus opinione celerius cum duobus millibus equitum Brunsuigam invadit, convocatisque spectatioribus urbis civibus, exponit illis, se Nepotem Henrici Leonis, Filiumque esse Wilhelmi, Domini de Luneburg, & consequenter unicum legitimum Regionum Brunsuicensium superstitem heredem: Si bona antecessorum suorum, quibus exteri jam jam fruerentur, sibi reddere haud recusarent, se clementissimum deinceps in se habituros dominum. Cives re maturius deliberata, propositis unaminiter assentiuntur, ambabusque ulnis, & summo cum plausu illum in suum Principem agnoscunt, portas murosque aperiunt, præsidioque Cæsareo ex urbe ejecto, omnes fidem & obsequium ei pollicentur.

§. XXXV.

Otto igitur lætitia ovans Brunsuigam occupat; quo facto Imperatoris iras in se concitasse facile quis credat: Indictis igitur ab Imperatore Moguntiæ Comitiis 1235. conventui illi una cum aliis Principibus interest Otto; qui tam submisse, & tam obsequenter erga Imperatorem se gerit, ut suas ditiones Imperatori penitus tradiderit, sed per modum Feudi deinceps ab ipso possidendas sibi expetat. *Conf. Engelhusius, Meibomius in Erect. Duc. Br. Tom. III. pag. 205.* & alii. Grata admodum Imperatori fuit hæc Principis submissio, annuitque non solum petitis, sed & Decimas Goslarienses adjecit, addito insuper Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis Titulo. Id quod ut clarius elucescat, hujus donationis Instrumentum & Friderici II. Diploma his verbis conceptum est.

Fridericus II. &c. per præsens scriptum noverit præsens ætas, & futura posteritas, quod, cum propositi nostri fo-

ret, ut dilectum Consanguineum nostrum Ottonem de Luneburg ad fidem Imperii, & devotionem nostram efficeremus arctius obligatum, nec loci vel temporis opportunitas affuisset, quo conceptam erga eum intentionē nostram prosequi nos deceret. Contingente causa nostri felicissimi adventus in Alemanniam, & pro reformatione totius terræ status, indicta Moguntiæ curia generali, dictus Otto ad eandem curiam vocatus accessit &c. se totum in manibus nostris exposuit, nostris stare beneplacitis & mandatis, & insuper proprium Castrum suum Luneburg, quod idiomate Teutonico vocatur eigen, cum multis aliis castris, terris & hominibus eidem castro pertinentibus, in nostram proprietatem & Dominium specialiter assignavit, ut de eo quicquid nobis placeret, tanquam de nostro proprio faceremus. Nos autem, qui tenemur modis omnibus Imperium augmentare, prædictum Castrum Luneburg cum omnibus castris, pertinentiis, & hominibus suis, quemadmodum ex ejusdem Ottonis assignatione in proprietatem accepimus, in Præsentia Principum, in Imperium infeudari debeat. Civitatem insuper de Bronsvick, cujus medietatem proprietatis dominii à Marchione de Baden, & reliquam medietatem à Duce Bavariæ, dilectis Principibus nostris, emimus, pro parte uxorum suarum, quæ fuerunt filiæ Henrici de Bronsvick, Comitis Palatini Rheni, Patrui dicti Ottonis similiter in eadem curia Imperio concessimus proprietatem nobis debitam in dominium transferentes &c. Quapropter cum Consilio, assensu & assistentia Principum civitatem Bronsvik & Luneburg cum omnibus castris, hominibus & pertinentiis suis univimus, & creavimus inde Ducatum, & Imperiali autorita-

te

te dictum consanguineum nostrum Ottonem Ducem & Principem facientes, Ducatum ipsum in Feudum Imperii ei concessimus, ad heredes suos filios, & Filias hereditarie devolvendum, & eum solenniter juxta consuetudinem investivimus per vexilla, de affluentiore gratia concedentes eidem Decimas Goslariæ Imperio pertinentes &c.

§. XXXVI.

Magnifica certe donatio! præprimis metalli-fodinarum. Neminem enim fugit, venas olim metallicas omnes inter Regalia & quidem maxima fuisse relatas. Ut ex verbis Henrici Imperatoris in *Chronico Mindensi apud Pistorium patet*, metalla ad Regalia referri confirmantis, ita ad Episcopos & Comites scribit:

Cum omnis argenti fodina ad Jura pertineat Imperii, & inter regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributionem, unde in ea nulli homini quicquam Juris recognoscimus, nisi hoc à nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus & singulis sub obtentu gratiæ nostræ præcipientes; vt nullus vestrum si de prædicta argenti fodina intromittat, nec aliquid Juris sine nostra licentia sibi in ea usurpet. *Conf. Speidel. Spec. pag.* 294. *item Limneus enucl. L.* 2. *C. I. Nro.* 18.

Dum vero Otto Puer Titulum Ducis de Bronsvick & Lunebourg ab Imperatore consecutus, res utique consideratione digna est. Nam ut sonant illius ævi Diplomata, ab Imperatoribus in gratiam coævorum illi Principum concessa, Principes illi Viri tantum Nobiles, Domini &c. appellantur, ut Otto ipse se de Luneburg simpliciter vocavit.

§. XXXVII.

Ne vero illud præteritum relinquamus ; Metalli-Fodinas, quas sibi ipsis ut Regalia reservaverant priores Imperatores, pleno dominio & potestate fruendas; tum Duci Saxoniæ, tum reliquis Electoribus secularibus & ecclesiasticis concessit sec. XIV. Imperat or Carolus IV. in Aurea bulla Tit. IX. ita, ut jam potestatem habeant, venas jam inventas magis & magis excolendi, & ulterius novas prosequendi. Deinde vero hoc jus etiam alii Princeps ex peculiari concessione vel per investituram, vel ex immemoriali præscriptione sibi acquisiverunt *Conf. Limneus supra d. l. §. 34. Dn. à Seckendorff, Arniss. de jure Majest. III. s. 4. Recessus Imperii de anno 1542. 1551. §.* Weiter so sehen wir. (*b*)

§. XXXVIII.

b) Huc pertinet quoque, quo hac occasione paulo penitius hujus materiæ præstantiam inquiramus, quæstio illa ex jure feudali depromta: Utrum Vasallus ex Feudo suo omnem obvenientem percipiat utilitatem atque commoditatem, an vero exceptio sit circa Regalia, nimirum metalli-fodinis fruendis. Ad quod respondendum, Vasallum qua talem omnem occurrentem usum qualiscunque modo sit, tam naturalem quam civilem, ceu Dominium possessorii ac utilis percipere, cujus effectus primarius, fructus lucrari, suos facere, simulque rem utiliter vindicare L. 22. C. de R. V. inter quæ commoda neque minus thesaurorum, quæ in prædio feudali aperta facta, ut & Fodinarum auri, argenti, plumbi &c. sint referenda, teste Myler ab Ehren: de Princ: & Stat: Germ. P. 2. C. 69. n. 9. I. Feud: 4. § si quis, & quidem ex hoc capite, quia Metalla, Lapicidinæ &c. ut in genere res soli l. de Condict: trit. sint res naturaliter corporales L. 3. § 6. de rebus eorum, qui sub tut: nec de loco in locum citra earum corruptionem moveri queant, nec hinc inde ad verum Dominum transvehi possint.

Quod vero adhærenter thesauros generaliter ita dictos, istorumque inventionem attinet, isti si tempore Vasalli reperti, sequentem ni fallor concernunt distinctionem, ut respiciatur ad personam quis, an ipse præter spem an vero alius invenerit. Si ipse casu fortuito, verus unicus est Dominus, quanquam thesaurus ad fructus prædii minime spectet. L. 63. ff §. 3. d. A. R. D. §. 39. J. de R. D. Vinn: N. 5. 6. L. un. C. de thesaur: Dn. Struv. J. Feudi C. 12. N. 4. Ziegler in com: ad H. Grot: L. 2. in fin: Schultz Syn: & Jur: Disp: 6. Sect: II. N. 123. Disp: D. Simon in tr: de thesauris. th. 15. 16.

Sin vero alius, varie disputatur, an partim Vasallo, partim inventori competant. 2. F. 56. in fin: item Vinn. c. l. asserit, cuique assentior, si non data opera inventoris sint reperti, dimidium esse ei, & dimidium Vasallo. Sin vero adhibito labore quæsiti, totos esse Vasalli. Dominus autem ipse, si se thesauri inventorem

gloria-

§. XXXVIII.

Hisce tandem breviter enarratis ad metalli-fodinas Herciniæ superioris propero, in illarum originem primum inquisiturus. Nescio vero, an injuria temporum vel autorum incuria factum, ut tot inter Historiarum Documenta nulla supersint antiquioris ævi, quæ initium, culturam, progressum atque fata nos edoceant; deficientibus igitur certis evidentibusque testimoniis, ad conjecturas erit recurrendum.

§. XXXIX.

Dn. Georg. Agricola Lib. I. de veteribus & novis metallis pag. 393. cum Ottone Phruxini quidem testatur, illas paulo post Rammelsbergicas i. e. sub Ottone M. I. fuisse repertas, à quibus non dissentit Chronicon Goslariense; sed quoniam omnes dubiis incertisque verbis incertum suspensumque animum produnt, uti & *Mathesius in Sarepta*, se quo ad originem venarum Herciniæ superioris nihil certi posse literis consignare testatur; arridet mihi conjectura *Albini*, dicentis

glotiatur, de Jure Civili eum hunc totum retinere vid: Lauterbach. in tr: de thesauris th: 19. fitque ab eo inventus quomodo cunque velit. Id quod & respectu Vasalli obtinet, modo non mediis illicitis factum, alias totum quod invenit, (uti id, quod privatus ad Fiscum) ad Dominum Feudi ipsum spectat L. un. C. de thesaur: Sixt: de Regal: L. 2. C. ult. N. 33. Struv: l. c. in fin. Disp. Domin: Soto de J. & Jur: Lib: 5. Qu 3. Art: 3.

Communiter omnes thesauri cum in fundo proprio reperti, quocunque modo velint, Simon, l. c. th. 17. tum in alieni, fisco cedunt, & si ejus permissu ad prosequendos thesauros inventi H. Grot: de J. B. & P. L. 2. C. 8. §. 7. D. Simon c. l. th. 33. similiter res sese habet cum metalli-fodinis, quæ maximam Reipublicæ utilitatem respicientibus L. 1. C. de Metall: unice Principi tanquam regale summorum competunt. Satis de his, admonendum tamen adhuc subvenit, usufructuarium fundi cujusdam, in quo metalla effodiantur cum aliis commodis æque metallorum & lapicidinarum uti frui, & quidem si inibi lapidum metallorumve materia quotannis renascatur, sin vero minus, verum usumfructum minime esse, quoniam rerum substantia salva percipi haud potest L. 7. §. 13. sol: matrim: Præterea vero, si modo suis (quoad usuras) proprietario stat promissis. Berlich. p. 3. Concl. 35. N. 21. potest pecuniæ ex istis proventibus perceptæ usum fructum habere, eam fœnori exponere, quotannisque inde usuras percipere.

centis 1070. ſæc. XI. ſub Egberto II. Duce Brunſvicenſi, imperantibus Cæſaribus Franconicis primum venas Herciniæ ſuperioris fuiſſe apertas.

§. XL.

Superius ſatis demonſtratum ivi, Francos primos fuiſſe metallorum Herciniæ inferioris effoſſores, omnemque Franconiam i. e. Coloniam Franconicæ nationis populoſisſimam, ut ex plurimis autoribus colligitur, circa hos fines conſediſſe. Auctis igitur in dies hisce populis, & argenti cupidine irritatis, labores ſtrenue continuaverunt; cumque illis continendis non ſufficeret anguſta inferioris Herciniæ regio, per Herciniam totam ſe effuderunt, & ab inferiori Hercinia ad ſuperiorem ſe converterunt. Cujus rei argumento locus eſt, qui nunc hodie der Franckenſcharn dicitur.

§. XLI.

Referunt quidem alii originem ad Sæc. XII. XIII. quin & ad Sæc. XIV. ſed absque ullo fundamento. *Georgius Agricola de veter. & nov. met. Lib. I.* fatetur, à metallifoſſoribus Cellerfeldenſibus 1170. venas Fribergenſes apertas, unde ſequitur, jam dudum metalla Herciniæ ſuperioris exculta fuiſſe. *Albinus in Chronico Misnenſi ſcribit*, etiam poſtquam metallifoſſores Cellerfeldenſes fodere incepiſſent, & ad profundiores puteos deveniſſent, ab illis varia in hisce ſpecubus inventa fuiſſe inſtrumenta, quibus veteres foſſores eſſent uſi, ad terram excavandam. Ex quibus colligere eſt, jam diu ante illic loci fuiſſe metalli-fodinas excultas. Hæc enim inſtrumenta non unius diei inventa ſunt, ſed longum temporis intervallum deſiderant, priusquam ſenſim ſine ſenſu ſuæ perfectoni reddantur. Etiam ſpecus ibi profundisſimæ, & multi ſcoriarum monticuli, die alten Pingen und Schlackenhauben, id ſatis teſtantur.

§. XLII.

Sed quid multis, certisſimum Sæc. XI. Herciniam metallis dudum celebratam fuiſſe, tantoque numero creviſſe operarios, ut in certas claſſes & tribus eos diſtribui, illisque pagos & civitates extrui neceſſe fuerit, quæ ſunt Zellerfeld, Wildemann, Grund, & Lauten-

thal. Wildemannum vero prior fuit aliis 1045, Zellerfelda à cœnobio Zelle ab Henrico Aucupe 914. fundato, fic dicta, c) 1070. cum reliquis emerfit, ftatimque tam felix fuit fodinarum illius loci cultura, ut ex earum proventu fuos reditus plurimum auxerint Serenisfimi Duces noftri, fatente *Georg. Agricol. de veter. & nov. Metallis pag. 391. Lib. I. Principes, inquit, Vici Brunonis bona ex Cellerfeldi Fodinis aliisque cumulavere.*

§. XLIII.

Sub Ottone vero IV. Imperatore per longum temporis intervallum incultæ manferunt, Summo Magiftro Metallorum hoc agente. Is enim durius ab Ottone habitus, nec idoneum fuis laboribus pretium ftatui ratus, obnoxiis fibi opificibus ad fuas partes pertractis, perfuadet, ut fecum Fribergam migrent, quod 1170. factum. Poftquam vero fub Ottone Puero, qui Metalli fodinas Hercyniæ inferioris à Friderico II. dono accepit, iterum florere ceperunt, anno 1264. ætate gravis moritur, ubi terras fuas Filiis, quorum duos reliquit, Albertum M. I. & Johannem commifit, Albertoque Brunfvigam cum omnibus metalli-fodinis cum Hercyniæ inferioris tum fuperioris, Johanni Luneburgum colendum tradidit.

§. XLIV.

Albertus M. I. relictis tribus Filiis Henrico I. mirabili, Alberto pingui & Wilhelmo, divifioneque terrarum facta 1279. decesfit, Henricoque mirabili in fuam partem Grubenhagen, i. e. Urbes Einbeck, Ofterode, Elbingerode, Hertzberg, Saltz der Hellen &c. cum tertia parte metallorum Hercyniæ inferioris adjuncto forefto attribuit, quibus & fumma laude præfuit. Pofteri illius funt

Otto

c] Originem vero quo adhuc paulo penitius inveftigemus, iftam deductionem, cui permulti adftipulant, ponderis majoris arbitror; urbem nimirum prædictam à Cellitis, fecta quadam Monachali, olim juxta iftam plagam, jam vero circa Belgicos tractus commorantibus, eorumque Cœnobio die Zelle dicto, nomen petiiffe. Inftaurator iftius ordinis perhibetur Mexius, natione Romanus, unde etiam apud Italos nomine Mexianorum veniunt.

Otto Puer Primus Dux Br.
Lun. † 1277.

Albert9 M.I. suc. in Br. † 1279. Johannes in Luneburg † 1277

Henricus I. mirabilis in Grubenhagen † 1322

Henricus II. suc. † 1337 Ernestus accipit Osterode † 1344.

Albertus II in Grub. † 1397. Fridericus suc. in Oster. † 1404.

Ericus suc. † 1431. Otto in Einbeck † 1411.

Henricus III. suc. † 1469. Albertus III. suc. † 1490.

Philippus I. suc. in Grub. † 1551.

Ernestus II. suc. † 1567. Wolffgangus suc. † 1595. Philippus II. † 1596.

Illi, spe magna ex metallis Cellerfeldensibus concepta (notandum enim, sub Alberto II. 1373. tantam in æstate siccitatem atque calorem contigisse, ut per ducentos fere annos interrupti fuerint labores, ob defectum aquæ & ligni) summo labore & industria sua etiam excoli curarunt; ut imperantibus Philippo II. & Ernesto II. deinde ex primis ægre instauratis puteis optimæ apertæ sint venæ Conf. Dn. Winkelmann in seinem Regenten-Baum fol. 89. Civitates etiam ab illis constitutæ ut 1554. Clausthalia, d) 1595. Altenavia, & 1541. Andreæ crux seu Andreæ Mons, quas successores Wolffgangius & Philippus II. magis & magis amplificaverunt, ornaveruntque Officina etiam monetaria Clausthaliæ constituta, & sede constanti ibi posita cum Philippo II. tota hæc prosapies fuit extincta.

§. XLV.

Quoniam vero de tractu Grubenhagen superius fuit facta menti, paucis digrediar, ut ostendam, unde ille tractus suum nomen habeat, & quomodo ad Serenissimam Domum Nostram pervenerit. Grubenha-

d] Quæ nomen fert, ni fallor à veteri Germanorum idiomate teutonico, verboque id temporis trito, Clauße quod eundem significatum repræsentabat ac cuniculus ein Stoln/ Carcer, Gefängniß/ Caverna Höhle vel tabernaculum Eremitarum. Quoniam vero ut supra est videre §. XLI, majores nostri quam strenuissime metalia sunt persecuti, hanc derivationem à Cuniculis, von denen Stollen/ tanquam in effodiendis metallis causa maxime necessaria, desumtam, optimam esse eligenadm arbitrarer.

benhagen arx olim ad Nobiles Ganerborum hereditario Jure pertinuit, ex quorum Familia Grubi. Quorum, Ganerborum ſcilicet nobilitas inde conſtat, quod Jus Ganerbinatus, de quo frequenter in Jure Feudali, ab illis ſuam traxerit originem; e) quo fiebat, ut major natu pactis conventis jus illud à Ducibus Brunſvicenſibus & Luneburgicis feudi loco acciperet. Anno vero 1272. Eques Cuno Gruben, provocata facinoribus ſuis juſta Alberti M. I. ira, is armata manu omnibus juribus terrisque illum ſpoliat, cui illud accesſit, quod obierit ſine relicta ſobole unicus ejus Filius Johannes Gruben, ultimus ſuæ Stirpis in Linea maſculina; quo factum, ut plenum dominium tranquillaque poſſesſio ad Albertum M. I. tranſierint.

§. XLVI.

Ne vero aliquorum Filiorum Alberti M. I. obliviſcamur, Alberti Pinguis, & Wilhelmi, obſervandum, priori Ducatum Ober-Wald, ut Northemium, Göttingiam, & Mündam, pro ſua portione cum tertia parte decimarum Ramelii montis acceſſa dimidia portione metallorum Zellerfeldenſium & reliquarum civitatum obtigiſſe. Alteri vero Brunſvigam, & Guelferbutum cum metalli-fodinarum Herciniæ inferioris tertia & ſuperioris dimidia parte accesſisſe; quoniam vero haud diu circiter duodecim vel tredecim annis regimini præfuerit, 1292. ſine ſobole decedens, terræ Brunſvicenſes Fratri Alberto Pingui ceſſerunt. Quibus etiam per viginti ſex annos felicisſimo ſucceſſu adminiſtrantis morte ſubitanea 1318. ſubſecuta, Filiis Ottoni caro ſequenti ordine traditis reliquit,

ALBERTUS PINGUIS
Br. & Götting. † 1318.

Otto carus accipit Brun. † 1334. | Erneſtus Gött. † 1379. | Magnus I. pius ſuc. in Brun. † 1368.

Otto der Quade ſuc. † 1394.

Ludovicus ſuc. in Luneb. † 1358. | Magnus II. Torquatus Dux Br. & Luneburg. prop. med. Lin de Br. & Lun.

D § XLVII.

e) Familiæ hujuscemodi arce communi inter ſe gaudent, quam ab Imperatore Feudi loco posſidendam habent. Notatu dignisſimæ audiunt ſequentes Friedeberga, Gelnhuſum, Salæburgum, Gryphiberga atque Rothenberga &c. Confer. Wurmſer. de Feud: Impropr. Sec: 21. Kylling: de pactis Ganerb. Discur. 18. n. 4.

§. XLVII.

Sub quorum Imperio notandum, tempore Magni I. in fodinis Herciniæ inferioris, puteo corruente homines mille circiter miſerandum in modum hoc caſu obrutos periiſſe (*Conf. Georg. Agricol.*

> Ruinis illis tot homines ſunt oppreſſi, ut uno die quadringentas circiter fœminas viris orbatas eſſe annales loquantur add. Dn. Löhneiß in ſeinem Bericht von Bergwercken, par. V. fol. 77. item Chron. Saxon.)

Poſteaque per centum annos metalla inculta manſiſſe. Adverſum hunc caſum refundunt in ſex cives Goslarienſis, quibus totus mons fuerat elocatus, anno demum 1440. iterum reſtaurari ceperunt. Iisdem temporibus per totam fere Germaniam tanta graſſata eſt contagio, ut referente Aventino vix quarta pars hominum ſuperſtes manſerit. Hæc ſunt illius verba.

> Sævisſima mox in univerſum terrarum orbem graſſatur peſtilentia, plerique mortalium extincti ſunt, quarta pars vix ſuperſtes fuit, & ſubito lue raptati, ſubito dicto citius interibant, pueri, puellæ, læti mira referentes animam efflabant. Cœleſte auxilium fruſtra quæſitum, à Pontifice maximo ſacrificium peculiare adverſus hanc peſtem inſtitutum, pagi, vici, ad ſolitudinem redacti ſunt. Quidam iræ Dei tribuebant, vulgus à Judæis fontes intoxicatos credidit in perniciem populi Chriſtiani, quam ob rem in plerisque vicis oppidis Judæi igne concremati ſunt. Duodecim millia Judæorum pœnas crudeliter dediſſe in regionibus noſtris horum temporum ſcriptores referunt.

Q inimo, imperante Mag. II. tantus æſtus in æſtiva tempeſtate fuit, ut Cellerfeldenſes & aliæ fodinæ per centum & ſeptuaginta annorum ob defectum ligni atque aquæ ſuccubuerint, nec prius florentes evaſerint, quam auſpicio curaque Henrici Junioris iterum caput erexerint.

Magnus

Magnus II. Torquatus
prop. mediarum Linearum
Brun. & Lun. † 1373.

Fridericus fit Imp. † 1400. — Bernhardus prop. mediæ Lineæ Lun. † 1433. — Henricus prop. mediæ Lineæ Brunſv. † 1416.

Wilhelmus Senior in Calenberg † 1482. — Henricus Pacificus Wolffen. † 1473.

Fridericus ſuc. in Calenc. † 1494. — Wilhelmus Juinor ſuc. in Wolffenb. † 1495.

Henricus Senior ſeu Malus in Brunſv. & Wolff. † 1514 — Ericus I. Senior in Calenberg † 1546.

Henricus Junior ſuc. † 1568. — Ericus II. Junior ſuc. † 1584.

Continuationem vid. §. *L.*

§. XLIIX.

Quanquam vero ſummo conatu metalla eſt perſecutus, ut *Winkelmannus* in ſeinem Stamm und Regenten-Baum *fol. 118.* teſtatur, tamen 1538. aliquantum detrimenti ſunt perpeſſa. Primo à Ducibus Saxoniæ Johanne Friderico & comite Philippo, qui illum omnibus ſuis terris ad quinque annos 1542. ſpoliaverunt, quoniam fœderi Schmalcaldenſi adjungere ſe recuſans cum pontificiis faceret. Deinde civibus Goslariæ Henrico Juniori infenſis, Herciniam ſuperiorem invadentibus, omnia illi diruta fecerunt, multosque captivos ſecum abduxerunt. Terris vero deinde receptis, eo majori cura fodinis promovendis incubuit.

§. XLIX.

Ecce vero unde Goslarienſium odium profectum. Supra § 46. legere eſt, imperante Magno I. ſex ut loquuntur viris montem Ramelium fuiſſe elocatum. Henricus Junior 1514. Imperii Faſces in ſe ſuſcipiens, juraque in Ramelium montem decimis metallorum exactis ſibi vindicans, Goslarienſes plane negant, dicuntque iſtas ſex viris ſub Magno I. cum omnibus pertinentiis, contractu emtionis venditionis fuiſſe traditas. Henricus fraudem hanc indigne ferens, bellum illis indicit. Interea dum bellum geritur, per Judices à ſe de-

legatos litem componere tentat Imperator, qui vero, rebus plane infectis, conventus ſuos plane diſſolvunt, Goslarienſesque à litibus tamen non ceſſant; ſed ſuis ſollicitationibus Cæſarem indeſinenter fatigant eflagitationibusque importunis 1552. Henricus Junior armis tanta vi in illos incumbit, ut timore coacti ei totum Ramelii montem i. e. omnes fodinas, adjuncto certo ſilvæ tractu reddiderint. Sed male concoctas iras data occaſione in Herciniam ſuperiorem effundunt, & metalla devaſtant.

§. L.

Ne vero Sereniſſimam Domum Luneburgicam, de qua in §. 42. mentio fit, ſilentio prætermittamus ; Johannes à Patre Ottone Puero in portionem ſuam dominium Luneburgicum accepit, filiisque ut ex ſequenti Schemate colligendum ſucceſſive tradidit.

JOHANNES accip. a Patre Luneburg. 1269.
in eodem anno, quo pater 1277.
moritur.

Otto I. Strenuus ſuc. patr. † 1330.

Otto II. † 1354. ſimultanee Imperio præſunt. — Wilhelmus.

Mortuo vero Ottone, ſolus hic imperat † 1368. ſine relicta maſcula ſobole, ſed duabus ſolis Filiabus Eliſabetha & Mechtilde. Quæ ultima cum in ſponſum Ludovicum Magni I. filium haberet, tunc in heredem inſcribit, hac lege, ut ſi forte Ludovicus maſcula ſobole deſtitueretur frater, illius Magnus II. illi ſuccederet.

Ludovicus M. I. Filius ſuc. in Lün. † 1358.
Magnus II. ſuc. Frat. † 1373.

Bernhardus I. prop. Lin. mediæ Luneb. † 1433. — Henricus prop. Lineæ Br. † 1416.

Otto Claudicans ſuc. † 1445 — Fridericus Pius ſuc. † 1478.

Bernhardus II. ſuc. † 1464. — Otto M. ſuc Frat. † 1471.

Henricus Junior ſuc. † 1532.

Otto Senior Harb. † 1549. — Erneſtus Zelle prop. duarum novar. Lin. Br. & Luneb. † 1546. — Franciſcus Giſhorn † 1549.

§. LI.

Continuationem vid. §. LIII.

§. LI.

Inter hos Luneburgicæ Domus heroes diligentiorem attentionem meretur Henricus Junior, cujus duo Filii natu majores Carolus Victor & Philippus M. postquam in pugna ad Sivershusum cecidissent, successorem habuit Julium, Episcopum Mindensem, deinde in Brunsvicensibus terris Ducem, in quibus non solum summa, quam ad instaurandos puteos impendit, laudari venit industria (siquidem 1570. ob immensas divitias notissimum specum das Stuffenthals Glück, serio instaurare anxie sollicitèque cogitavit) sed & confessionis Augustanæ promovendæ studium, scholis propterea constitutis, Academia præsertim, quam 1578. à se Juliam appellavit. Alias Erico II. Juniore 1584. plane sine heredibus mortuo, terras hujus Calenbergicas, quæ ipsi in portionem hereditariam cesserant in filium deinde cum aliis suis transtulit.

HENRICUS JUNIOR
† 1568.

Julius suc. in Brun. Wolff. † 1589.

Henricus Julius succ. in Wolffenb. † 1613.

Fridericus Ulricus suc. ultimus hujus Lineæ † 1634.

§. LII.

Filius iste Julii nomen avi & patris sui adjungens, Henricus Julius dictus fuit, Rector Academiæ Helmstadiensis perpetuus 1579. Episcopus Halberstadiensis, & 1583. Mindensis. Resignato vero utroque Episcopatu 1589. Patri solennissime successit, metalli-fodinas cum Herciniæ inferioris tum superioris non solum colendo diligentissime sustinuit, sed & alias sibi acquirere intendit, & Philippo II. Lineæ Arcis Gruborum 1596. mortuo, districtum huncce sibi vindicavit, venasque ibi magis & magis persecutus. Duces vero Brunsvicenses & Luneburgici ex Linea Zellensium Harburg & Danneberg, tanquam propinquiores, male hoc ferentes suas querelas detulerunt ad Imperatorem, permultosque annos inter se litigarunt, usque dum

mortuo 1613. Henrico Julio, Fridericus Ulricus Filius, volens nec coactus, totum hunc tractum eis cesserit, suisque contentus tranquillam ætatem sine amplo labore peragens vitam cum morte 1634. haud relictis Masculis commutavit, & ita Lineæ huic Brunsvicensi Guelferbutanæ finem imposuit.

§. LIII.

Breviter itaque tum primis tum secundis lineis, cum Brunsvicensis Guelferbutanæ, tum Brunsvicensis Luneburgicæ Domuum ob oculos positis, ad Lineas juniores, quarum Autor Ernestus Zellensis propero.

ERNESTUS Dux Zellens.
Prop. novæ jam regentis Lineæ Brun. & Lun.
† 1546.

Henricus suc. in Danneberg † 1598. | Wilhelmus Junior suc. in Zelle † 1592. Prop. Lineæ Luneb.

Julius Ernestus in Dan. † 1636. | Augustus suc. in Br. † 1666.

Christianus Augustus suc. † 1633. | † 1636. | Fridericus † 1648. | Georgius † 1641.

Rudolphus Augustus suc. in Br. † 1704. | Antonius Ulricus in Wolff. † 1714. | Ferd. Albertus in Bevern † 1687.

Augustus Wilhelmus, jam regens Dux Br. & Luneb.

Christ. Ludovicus Dux Zell. † 1665. | Georg Wilhelm suc. in Zelle † 1705. | Joh. Fridericus suc. in Hann † 1679. | Ern. Augustus Elect. Hann. † 1698

Georg. Ludovicus jam regens Elector Hannoveranus, Rex Angliæ. | Frid. Augustus, † 1690. | Maxim. Wilhelmus, | Carolus Philippus, † 1669. | Christianus † 1703. | Ern. Augustus.

§. LIV.

Nunc sermo faciendus de Augusto, Autore Lineæ Brunsvicensis & Luneburg: quem Maderus in Chronico montis sereni magnum Europæ lumen Reipuplicæque columen vocat. Vere lumen, ob

ob inauditam qua Roſtochii eminuit eruditionem. Lumen ob collectam ingentem Guelferbuti librorum ſupellectilem, ex qua totius Europæ florentiſſima Bibliotheca excrevit, ut ex ſequentibus *Winkelmanni* colligendum.

Die Pallas ſah' ein herrlichs Hauß mit Bücher ſtehen
Zu Wolffenbüttel, die Auguſtus wohl beſehen,
Und aufgekauffet hat. Ey nun, ſprach ſie, wirff mir
Das Schloß, die Ocker vor, o Mars, was ſonſt bey dir
Von Röhrn-Cartaunen-Knall und Schall wird hoch geſchätzet.
Denck dieſe hat der Menſch, die Bücher GOTT geſetzet.

Lumen, cum diſtractos prius in varia capita Ducatus in ſe feliciter conjunxerit. Nam mortuo 1634. Friderico Ulrico ultimo Lineæ Brunſvicenſis, illa ditio in eum æque transfertur. Metallorum tam ſtrenuus fuit promotor, ut eorum gratia magnas calamitates ſuſtinuerit. Nam 1625. Dux Sax. Johannes Georgius Goslariam invadit, ſuæque Domus Saxonica inſignia columnis affigere jubet, prætendens ab Imperatore venas Goslarienſes ſibi dono datas. Auguſtus, his auditis, delegatos ſtatim ad eum mittit, quæ eſſet illius expeditionis cauſa? quid illi cum metallis, ex literis ſcriptis legitima jura, quibus Brunſvicenſium Domus in metalla gauderet, illi exponit. Quæ literæ ita ſeſe habent.

Belangende die Bergwercke am Rammels-Berge, als den Zehenden, und andere Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten an denſelben, können wir nicht verhalten, daß dieſelbe in Anno 1235. im Monat Auguſto zu Maintz von Käyſer Friderico II. Ottoni dem erſten Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg, davon nicht allein die Fürſtlich Wolffenbüttelſche, ſondern auch die Fürſtl. Zelliſche Linie Poſterität, zu einem Käyſerl. Reichs-Lehn erblich übergeben, welche geſamte Belehnung aller in

unſern

unsern Fürstenthum belegenen Bergwercken und befindlicher Metallen, folgends von Fällen zu Fällen zu Behuff des gantzen Fürstl. Hauses Braunschweig und Lüneburg continuiret, und zwar eben diese Rammelsbergische in die Theilung gebracht worden, maßen deß richtige und ungezweiffelte Originalia fürhanden, daß dieselben wohl ehemahls andern zum Affter-Lehn auf gewisse Maaß und Zeit angesetzet, auch dem Rath zu Goßlar auf Wiederkauff überlassen, und hernach so wohl von Wolffenbüttelscher als Grubenhagischer Linien, vermittelst einer ansehnlichen Summe wieder eingelöset, und in solcher Qualität beym gantzen Hauß gelassen worden. Solte denn gleich auf die absonderliche Belehnung, so etwan Hertzog Heinrichen und Erichen dem Aeltern geschehen seyn mag, gesehen werden wollen, so ist doch solches bloß wegen der beschwehrlichen Irrungen mit der Stadt Goßlar, uns aber zu keinem Præjuditz geschehen, auch so wenig geschehen können, als vielmehr dieses unverneinlich wahr, daß nachgehends regierende Käyserliche Majestät Ferdinandus I. den 9ten Nov. 1562. und Käyser Maximilianus II. Anno 1566. allergnädigst beliebet, daß alle Hertzogen von Braunschweig und Lüneburg, ohne Unterscheid der Linien, in die sämtliche Lehn gezogen, und daß sie sonderbahre Empfängniß der Lehn Dero Fürstenthümer Braunschweig und Lüneburg ihnen den Hertzogen an ihren habenden Jure Agnationis & Successionis unnachtheilig und unverfänglich seyn sollen, gestalt wir auch zu Behuff unsers gantzen Fürstlichen Hauses nach Absterben Hertzog Friedrich Ulrichs Ld. die Possess des gantzen Fürstenthums, und in specie auf des Rammelsbergschen Bergwercks, ehe und zuvor sich

einiger

einiger Mensch desselben genähert wohl befugter weise ergreiffen, die Berg-Officirers in unsre Pflicht nehmen, und unser Fürstl. Wapen öffentlich affigiren lassen &c. sub dato den 7ten Octobr. 1634.

§. LV. Quid dicam de controversiis propter fodinas? quoad terras Brunsuicenses inter Agnatos Principes majoris adhuc erant momenti. Ad quas componendas 1635. præsentibus Augusto Seniore Friderico, & Georgio Wilhelmo, Ottone, Julio Ernesto, & Augusto, qui omnes Domus Brunsuicensis Duces erant, Brunsuigæ comitia conscripta sunt. In quibus ita terrarum portiones ordinarunt, ut Augustus Senior, Fridericus & Georgius Lineæ Zellensis, Ducatus Calenbergenses, Göttingenses, & terras Gruborum pro sua parte acceperint. Mortuo vero 1636. Augusto & Friderico tranquillitatis amantissimo, Georgius 1636. totius regiminis gubernacula in se suscepit, filiisque Christiano Ludovico Hannoveræ habitanti, Luneburgum tractumque Gruborum reliquit. Qui & 1642. Wilhelmo, Duce Brunsuicensi Luneburgico Lineæ Harburgensis, sine masculis emortuo, hanc partem suæ ditioni adjecit. Georgio Wilhelmo Zellæ degenti eam ipsam plagam. Postquam mortuus esset Christianus Ludovicus, illi in Ducatibus successit Calenbergensibus & Grubensibus Frater Johannes Fridericus, qui Hannoveræ sedem fixit, illoque anno 1679. vitam in mortem commutante, Serenissimus Frater Ernestus Augustus, Episcopus Osnabrugensis easdem regiones hereditario Jure obtinuit, illasque ad Filium natu majorem 1698. jam jam viventem Georgium Ludovicum, Electorem nostrum Hannoveranum Serenissimum, nunc Magnæ Britanniæ Regem potentissimum transstulit. Is Princeps laudibus omnibus major, tum regionibus aliis, tum fodinis præsertim ita prospexit, ut subditi extranei pro ore fateantur venas nunquam adeo floruisse. (ut infra Par: II. est videre) Rex omnium Regum DEUS ter optimus Maximus, Clementissime Potentissimeque

QVI VIVIs In brItannIa reX GEORGI LVDOVICE & MagnVs InIbI reX VIVIs InsIgnIs (f) Te Te,

E Filium-

(f) Annus coronationis inde fit conspicuus, annique illius ad illud usque tempus regiminis æque accurrens numerus 1726.

Filiumque Principem conſervet, ſuisque benedictionibus ita cumulet, augeatque ut ſeri ſubditorum Veſtrorum Nepotes ſub veſtra ſtirpe longos annos maxima obſervantia feliciter vivant, obſequiumque & reverentiam teſtentur!

§. LVI.

Otto & Wilhelmus Duces Brunſvicenſes & Luneburgenſes Lineæ Harburgenſis, hancce accipiunt regionem, ut Harburgum, Moisburgum, Hoyam, Blanckenburgum adjunctis omnibus appendicibus. Ottone vero 1641. mortuo Wilhelmus ditiones quidem ſolus, ſed ad unum ſolummodo annum 1642. etiam ſine ſobole obiens obtinuit, deincepsque ad domum Luneburgicam, & quidem ad Chriſtianum Ludovicum eo tempore rerum potientem conceſſit.

§. LVII.

Julius Erneſtus & Auguſtus Junior Duces Brunſvicenſes & Luneburgenſes, Lineæ Dannebergenſis in partem ditionum vocati posſident Dannebergam, adjuncto Ducatu Brunſvicenſi Guelferbutano uti §. 52. legendum, Julius Erneſtus ſtatim, cum vix per duos annos dominatus eſſet, ſc. 1636. ſine heredibus relictis ex hac vita migrat; ſed Auguſtus Junior Imperii remos per 32. annos laudatisſime tractans, 1666. poſtquam 87. annos vixiſſet, ultimum diem explens, ex diverſis conjugiis diverſos ſuſcepit heredes, ut Rudolphum Auguſtum, Antonium Ulricum, & Ferdinandum Albertum Beveræ degentem, Duces Brunſvicenſes, & Luneburgicos. Quorum prior Dannebergam, & Brunſvigam, cum omnibus eo pertinentibus, alter Guelferbutum ſimili modo in ſuum Dominium accepit, utramque regionem mortuo 1714. Antonio Ulrico, nunc felicisſime regnans ſerenisſimus Heres Auguſtus Wilhelmus, Dux Brunſvicenſium & Luneburgenſium, Dominus meus Clementisſimus conſecutus eſt. Summe DEUS! qui noſti, quanti Reipublicæ interſit, & quanta inde in ſubditos redundent commoda, ſi Clementisſimis Principibus unius Stirpis ſibi conſtanter ſuccedentibus pareant, quantæ é contrario maneant illis erumnæ, ſi variæ gentis Dominos ſortiuntur. Aſſiſtas quæſo huic ſerenisſimæ Domui, benedictionem Tuam ei impertire, augeas eam ſobole ſerenisſima, ut per multos adhuc annos clemen-

tisſimo

tisſimo ejus imperio fruamur, filii fruantur, poſteri fruantur, brevibus AVGVST wILHELM. DVX BrVnsVIgo LVnebVrgensIs NeſtorII æVa VIVat oder zu Deutſch, Der AVGVST wILHELM Vnſer Hertzog Lebe Lange. [g]

§. LIIX.

Quia vero metalli-fodinarum Hiſtoriam explicare ſcopus meus eſt præcipuus, haud prætermittemus, in antea dictis comitiis quod illas attinet, ita fuiſſe conſtitutum, ut à tribus ſupra dictis Lineis Zellenſi, Dannebergenſi, & Harburgenſi in communi posſiderentur fodinæ. Harburgenſi vero 1642. extincta, ut §. LVI. legendum, hæc portio ad Luneburgenſes accesſit, ſolæque Domus Hannoverana & Guelferbutana nunc iis metallis alternis annis fruuntur, uti ex articulo octavo pactorum conventorum, quæ Duces Brunſvicenſes & Luneburgici, mortuo Friderico Ulrico 1635. ſanciverunt, patet. Pacta illa ita concipiuntur.

Vors Achte hat man ſich Freund-Vetterlich vereiniget, daß die ſämtliche Ober- und Unter-Hartziſche Bergwercke des Orts Gefundene und Ungefundene, wie auch die Hoheit über die Bergwercke und Berg-Städte, nemlich Zellerfeld, Wildemann, Grunde, und Lautenthal, ingleichen die beyden Rammelsbergiſchen und Zellerfeldiſchen Forſten, das Saltzwerck zu Julius-Halle, auch Eyſen-Factorey und Hütten-Werck zu Gütteld (welches jedoch zu der Hoheit des Hauſes und Amts Stauffenburg gehöret) noch zur Zeit bis auf fernere gütige Vergleichung unzertheilet zu gleichen Nutz und Vortheil zwiſchen denen dreyen Fürſtl.

 Linien

(g) Unde jam præſens annus ejusve numerl duplici modo colligendi 1726.

Linien pro quotis gemein seyn solle, dergestalt, daß das Berg-Amt und alles was dahin gehöret, nomine cummuni administriret, die Berg-Amts Diener und Officirers insgesamt communi consensu, bey deren Annehmung aber alle drey Linien gegen einander sich Freund-Vetterlich und schiedlich zu bezeugen, sich erkläret, bestellet, in gesamte Pflicht genommen, zu denen gewöhnlichen Visitationen, Befahrungen, und dergleichen Nothwendigkeiten von allerseits Interessenten gewisse friedfertige und der Sachen kundige Personen jedesmahl, und wo möglich alle Qvartal verordnet, die eingerissene Defecte und Mängel examiniret, abgeschafft, verbessert, und die Bergwercke auf das Beste als möglich zu guten Stande wieder erhoben werden sollen. Was auch für Sachen bis dahero für das Berg-Amt gehörig gewesen, die werden billig bey demselben zur Entscheid-und Vergleichung gelassen, so viel aber betrifft, die vor das Geistliche Consistorium gehörige Sachen, item die Appellationes in civilibus in denen Sachen, so für das Berg-Amt nicht gehören, als in welchen beyden Puncten der Superiorität über die Berg-Städte an ihm selbst beruhet, ist einmüthig verabscheidet, daß obgedachte Superiorität von obgedachten Zellischen Respectu Calenberg, und Dannebergischen, Respectu Wolffenbüttel. Linien alternative ein Jahr um das andere, vom ersten Januario des instehenden 1636ten Jahrs anzufangen, exerciret, und Fürstl. Zellischer Linie Respectu Calenberg das erste Jahr der Anfang gemacht werden solle; Und wenn also in Civilibus vor gedachter maaßen appelliret, oder in Consistorialibus eine Sache introduciret wird, so werden

werden

werden solche Sachen an den Ort und bey der Fürstlichen Linie, bey der sie die Zeit geführter Superiorität anhängig gemacht, billig ausgeübet. So viel aber zu denen Aemtern des Wolffenbüttl. eigentlich in deren Gräntzen gehöret, es sey an Superiorität, Forsten, Forst-Gerechtigkeit, Jagten, Höltzungen, und andere Gerechtigkeiten, solches alles bleibt bey ermeldeten Aemtern wie vorhin.

§. LIX.

Pauca delibabo de religione, quæ in illis regionibus viguit. Sæculo X. XI. XII. XIII. XIV. omnes illorum tractuum incolas sacris Pontificiis fuisse addictos, facile, colligendum. Nam, ut unam ob hanc tangam civitatem, supra monui 914. Henricum Aucupem in loco, ubi jamjam Cellerfelda est sita, cœnobium die Zelle dictum, extrui curasse, Monachisque Benedictini Ordinis tradidisse. Sed cum Martinus Lutherus in patrem haberet metallicum operarium, ejus in favorem desertis sacris pontificiis, Augustanam confessionem amplexi sunt metallifossores, veramque inter se introducunt Lutheri doctrinam, annoque 1539. primum sibi Lutheranum concionatorem (qui simul incolis Wildemanni præerat) constituunt. Henricus Junior male hoc ferens ejus abrogationem maximopere curat, aliumque Catholicum eis initiat. Lutherus vero haud absone dictus ἐλεύθερος, homo veræ, haud fucatæque libertatis conscientiarum, homo, qui nos liberavit à servili Pontificiorum religione, qui libertatem nobis procuravit, veram justissimamque doctrinam secundum verbum divinum apprehendere, hic Lutherus, dico, hoc tempore metallicis in cor ita erat inscriptus, ut unanimiter constituant, nullis aliis interesse doctrinis, quam quæ Lutheri essent. Quamobrem istum Catholicum concionatorem plane rejiciunt, annoque 1548. alium, tamen consentiente Principe, initiant, veramque abhinc usque adhuc semper sunt secuti religionem, seu Augustanam Confessionem, in qua Henricus Junior, magnus antea Pontificiorum amicus, omnium exemplo postea magnus Lutheranus 1568. in vivis esse desivit. Et ita cum reliquis civitatibus metalliferis res sese habet,

ſemperque ita ſe habebit, ſi DEUS ter optimus terque Maximus mihi ſequens votum, quod Winkelmannus fovet, inauditum non remittet.

GOTT woll' Euch o Printzen geben
Gleiche Thaten, Heyl der Zeit,
Gleiche Zier und langes Leben,
Gleiches Rathen/ Glückligkeit:
Und was weiters zu erdencken
Wolle GOTT stets auf Euch lencken.



PARS II.

DE METALLI-FODINARUM HARCICARUM USU ET PRÆSTANTIA.

CAP. I.

§. I.

PRæmiſſa Disquiſitione hiſtorica, in qua originem & progreſſum metallorum, tum in Hercinia inferiori tum ſuperiori, pro virili inveſtigavi, ſupereſt, ut, quod agendum reſtat, metallorum uſum atque præſtantiam explicatam eamus. Atque ut à ſcopo non aberremus, primo erit agendum de Perſonis ad culturam & effosſionem metallorum neceſſariis, deinde de metallis ipſis, quæ ex hoc divite penu eruuntur, eorumque præſtantiam oſtendam. Poſtea in quem finem tanto cum labore effodiantur, docebo.

§. II.

§. II.

Quantum ad Perſonas, quarum auſpiciis laboribusque inſigne illud metallorum opus promovetur perficiturque, DEI ter optimi maximi ope auxilisque præſuppoſitis, ſine quibus fruſtra eſſet labor omnis, primo appellandi veniunt Potentisſimi Serenisſimique Principes Georgius Ludovicus, & Auguſtus Wilhelmus, qui ſingulari providentia metallorum bono proſpiciunt, nec ſatis habent, illa ſua autoritate tueri, ſed ſumtibus etiam non parcunt, tum, ut collatis ſuis ſymbolis, veteres puteos ſitu collabaſcentes inſtaurent, tum ut Mechanicos, opificesque rei metallicæ peritisſimos præmiis ingentibus alliciant, invitentque.

§. III.

Sub illis Principibus rem metallicam curant adminiſtri illi, qui ſimul metallorum corpus ex præfectis & contribulibus conſtans conſtituunt. Ubi primo ſe offerunt ſummi metallurgiæ Præſides, die Ober-Berg-Hauptleute, quorum nomine Hannoverani regiminis alter eſt Eques generoſisſimus de Buſch, alter vero nomine Guelferbutani Eques Generoſisſimus de Münchauſen. Illi quidem Cellerfeldæ non morantur, ſed ternis elapſis menſibus eo ſe conferunt, tum ut majoris momenti lites dirimant, tum in ſtatum fodinarum inquirant, illasque meliores reddant. Vices illorum in eorum abſentia obeunt vicarii: Et quidem pro Hannoveranis Eques Generoſus de Heimburg, pro Guelferbutanis Eques Generoſus de Imhoff. Sedem illi conſtantem inter metallicos habent, Electoralique & Ducali auctoritate muniti, jura metallica tuentur, cum reliquis asſesſoribus per ſingulas ſeptimanas de litibus minoris momenti cognoſcunt, omniaque, quæ ad utilitatem fodinarum ſpectarent, cum iis accuratisſime perpendunt. Illis proxime asſidet Decumanus oder der Zehendner, qui Principum intereſſe obſervat, eorumque bonis & uſui abſolute proſpicit, tum per ſingulas hebdomadas, tum ternis menſibus pecuniam diſtribuit Ausbeut, omne argentum excoctum purgatumque, quod decimam præſtat, accipit in rationesque infert. Oder/ er muß alles einkommende Silber welches nur Zehenden gibt, und ihm ohne alle Verminderung und Abgang zugeſtellet wird, dem Landes-Herren und Gewercken richtig berechnen, und für ſich nichts davon

davon entwenden, ferner bey den Wöchentlichen Anschnit gegenwärtig seyn, und seine Rechnung darlegen, in den Hütten bey Abwägung Kupffers, Bleyes, Gletts gegenwärtig seyn, und es dem Factor zuschreiben, damit es in alle wege treu und redlich hergehe. Illi ob gravitatem muneris Antigraphus sive adnotator ein Zehend-Gegen-Schreiber, adjungitur, cujus officium est, omnia, quæ in ædibus Decumani quoad metalla servantur, æque ad evitandas fallacias adnotare, portiones metallicas, quas Kukos Kuße, Berg-Theile, dicunt, sive quæ emuntur, sive quæ venduntur, literis mandare, & in tabulas referre &c. Adjuncto Scriba sive Actuario Metallico einem Berg-Schreiber, cujus officium est, interesse, cum rationes exiguntur, & omnia probe describere. Aut, welcher auf den Leihe-Tag gegenwärtig seyn muß, über Fristung und Steuer, Schiede und Verträge, vermessen und retardata sonderliche Bücher führen, das Quatember-Geld der Schicht-Meister berechnen, wie auch alte und neue Zechen nach aufgelegten Muth-Zettul über Klufft und Gänge nach denen Umständen einschreiben. Hi sunt, qui ordinariam Jurisdictionem metallicam administrant. Certis vero anni diebus, præsentibus Consiliariis tum Hannoveranis tum Brunsvicensibus conventus solennior, die Berg-Rechnung, agitur, in quo accepta & expensa examinantur. Huc etiam annotare juvat, quod inferioris Judicii assessores singulis septumanis visitent fodinas, (Befahrung halten) metallicosque de successu laborum sedulo interrogent, ut putei excolantur diligenter, & metallifossores eo alacrius sese habeant.

§. IV.

Si forse difficultas aliqua supervenerit, supremus rei metallicæ magister, der Ober-Berg-Meister, consulitur, quomodo hic, quo modo illic cultura meliori successu possit institui, sumtusque diminui. Et quo ea omnia rite observentur, suos iterum substitutos habet Magistros, Berg-Meister, qui necessaria ad extruendas conservandasque in fodinis Machinas aliosque apparatus instituendos ordinant, vel qui Steuern zu denen Stollen, Strecken, Künsten und andern Gebäuden mit ordnen, den Leihe-Tag besuchen, die gemutheten Fund-Gruben und Maßen bestätigen, und verlochsteinen, jederman unterrichten, die Gebürge befahren, und Berg-Unkosten über Nothdurfft

durfft in Anschnit nicht passiren lassen. Illis iterum subsunt Viri Jurati, die Geschwornen, qui præstito Juramento pollicentur, se indicaturos omnia, quæ ad usum Metallorum accommodata, & ad damnum evitandum utilia crediderint. Huc etiam referuntur metallis fundendis & igne purgandis Præpositi, quorum primarius Fornacum ignitarum Præfectus der Hütten-Reuter, qui inspectionem habet in excoctores die Hütten-Leute, istorum lites componit, modumque eis excoquendorum metallorum ostendit. Porro Probator argenti, der Berg-Probierer oder Wardien, qui acceptas moleculas metallicas in fornaculis excoctoriis, in denen Probier-Oeffen, examinat, earum pondus quibusdam schedulis inscribit, in argentumque fusum seu purgatum, das Brand-Silber, quoad probitatem atque valorem inquirit. Simile fere officium habet fornacum Notarius der Hütten-Schreiber, qui etiam pulverem metallicum, den Slieg, in fornacellis excoquit, & quidem per partes minusculas, ut tanto certius de integra mole metalli fusi judicium instituant, concludendo à minori ad majus, & excoctores à fraude committenda impediantur. Postea Chalcevticarum Magister, der Hütten-Meister, qui primus laboribus interest, & ultimus discedit, tenetur, ut operarios alacriores reddat. Hunc proxime excipit Argyrocatheros seu fusor argenti, der Silber-Brenner, cujus officium alludit scriptura apud Davidem Psalm. XI. Eloquia Domini Eloquia casta; argentum Domini examinatum, probatum terra purgatum septuplum. Die Reden des HERRN sind reine Redem, wie ein Silber-Blick oder Kuchen / der auf sieben testen abgangen, und zu Brand und feinen Silber gebrennet ist. Is acceptis à quæstoribus & rationalibus fusis argenti massis die Blicke, eas crucibulis immittit. & igne subjecto tam diu suis scoriis purgat, obrusum & assarium facit, ita, ut libra puri argenti octo unciarum sit. Quo facto illud monetariæ rei Magistro, dem Müntz-Meister, tradit, qui monetam novam inde fabricari excadique curat. (*de quo infra*) Ad ultimum ad hanc classem pertinet Dimensor, & soli metallici geometricus Explorator der Marck-Scheider, qui ita jubentibus metallici tribunalis Assessoribus, solum explorare, metiri, in acta referre, rationemque volentibus reddere tenetur. Welcher gemeine Züge, Wehr-Züge, und verlohrne Züge machet, und Schrifftlich

verzeichnet/ wie tieff man ansitzen, und in was vor Tieffe man auslencken soll. Et Quæstor ærarius der Schicht-Meister, qui symbola à privatis in sumtus collata exigit, excipitque, in rationes refert, prospicit, ut fodinæ operariis satis multis sint instructæ, illis mercedem diurnam persolvit, iisque, quorum interest, suam ratam expensis deductis quarta quaque anni parte persolvit, sique morosi solutores fuerint, ratam ipsis competentem tam diu detinet, quamdiu impensas compensaverit unverzubuste Kutze ins retardat setzen. Tandem & operarum Institor der Factor, qui fodinis necessaria, quæcunque illa sint, ut ferrum, sebum, aliaque procurat, rationesque impensarum singulis hebdomatibus reddit.

§. V.

Nunc ad operarios ipsos transibo, ubi primum occurrit salutationis inter illos usitatæ formula. Salutem omnibus nuncio &c. Glück auf alle mit einander, Berg-Meister, Geschworne/ Steiger, Schlegel-Gesellen, wie ihr hier versammlet seyd, mit Gunst bin ich aufgestanden, mit Gunst habe ich mich wieder nieder gesetzt/ grüße ich das Gelag nicht, so wär ich kein ehrlicher Bergmann nicht. Originem illorum quod attinet, *Mathesius for. Conc. 2.* dicit, Tubalkain primum fuisse metallifossorem, à quo nomen accepissent suum, & *Albinus* in der Meißnischen Berg-Chronica *pag. 55.* Noæ Erben sind die ältesten Ruthen-Gänger, Schürffer, Muther, und Lehen-Träger gewesen. A quibus haud dubie descendunt fodinarum & operarum duces die Steiger, qui præsentes semper esse debent, ad excitandos fossores, eosque præprimis in extruendis fodinis adjuvandos, incisores die Häuer, quorum officium ex nomine patet, suntque illi diversi generis, die Schicht-Häuer, Lehr-Häuer, Gang-Häuer, Duppel-Häuer/ &c. Operarum ductores cum itidem varii existunt ut die Ober-Steiger/ Poch-Steiger, Unter-Steiger, Graben-Steiger, &c. incisoribus auxiliatrices manus præbent, qui etiam, ut qui cuniculos agunt, suffodiunt, variis technicis nominibus appellati. Scilicet fossores ipsi, aquarum ductores, machinarum observatores, carrucarum vectores, venas tundentes, malleatores &c. Als die Wasser-

ser-Knechte, Haspel-Knechte, Ertz Ausschläger/ die Gruben-Jungen, Wasch-Jungen, Poch-Jungen, Hallen-Jungen, &c.

§. VI.

Huc etiam referuntur, qui in fornacibus laborant, ut sunt separatores metallorm die Abtreiber, qui argentum à plumbo discriminant purgantque, vel qui dahin sehen, daß die Schür-Knechte die Asche sauber rühren, sichten und anfeuchten, sich wegen des Ausbringens und Schur schneidens mit dem Hütten-Meister bereden, damit selbiges weder zu abhängig noch zu groß und tieff ausgeschnitten werde, dabey gute acht geben auf die Schür-Knechte, daß sie nichts von Wercke und den Ofen-Brüchen veruntrauen, auch allezeit beym Ausbrechen des Heerds den Hütten-Meister/ Hütten-Schreiber, und Schicht-Meister der Gewerckschafft gegenwärtig haben. Fusores metallici die Schmeltzer, quorum primus secundum sententiam Plinii Cadmus fuit aliive inferiorum subselliorum opifices, ut Carrucarii, carbonarii, salcuarii &c. Die Vorläuffer, Aufträger, Schmeltzer-Knechte, Affter-und Schlacken-Läuffer, Kohlen-Messer, &c. Ex quibus, quis qualisque in rebus metallicis ordo servetur, colligere est.

§. VII.

Vestibus, quibus induti incedunt, ab invicem distinguuntur. Nam qui in fornacibus laborant, albo longiorique indusio, cum corio anteriorem partem cingente incedunt. Metallici vero nigro utuntur indusio, cum corio posteriorem partem cingente ein Arsch-Leder, sed tamen cum hac distinctione, quod infimi ordinis simplicissimum gerunt, & in capite viridis coloris ut plurimum pileolum einen Schacht-Huth, superioris vero ordinis simile quidem habent indusium, sed adjunctis in eo plicis & in manibus securim ein Häckel, gestant. Olim & ense sunt usi, nonnullisque in locis ut Fribergæ adhuc dum utuntur, nostri vero penitus abjecerunt.

§. VIII.

Satis de Personis, quæ suam in fodinis operam collocant, satis etiam de arduo fossorum labore, quem sibi difficile imaginabitur

quisquis in rebus hiſce ignarus & inexpertus fuerit. Verum enim vero quantis funeſtisque periculis ſeſe committunt, nemini præter eos ipſos notum eſt. Ut unicum modo attingam, facile accidere poteſt, ut quis äere peſtilenti correptus obcumbat, quod etiam his ſæpisſime contingit, qui cum Scalam die Fahrt, aſcendunt deſcenduntque, vi iſtius äeris oppresſi deliquium patiuntur, & cadendo ad terram illiduntur. Quibus clementisſime proſpexerunt Principes, ut, ſi forte hoc caſu membris truncati mutilique fiant, hi ex ærario metallico aus der Knapp oder Geſellſchaffts-Büchſe ad dies vitæ ſuſtententur.

§. IX.

Ad Inſtrumenta jam devenio, quibus fodiunt terram, & metallum effringunt, ut ſunt Mallei, Cunei, Ligones, Palæ, Vectes, reliquaque id genus ferramenta, quæ ſpecialibus germanicis vocibus efferuntur, Schlägel und Eiſen i. e. Keil-Fäuſtel, Kunſt-Fäuſtel, Hand-Fäuſtel, Große Fäuſtel, Bohr-Fäuſtel, Setz-Stempel, Fimmel, Päuſchel, quorum veſtigia & in biblicis extant; Iſt mein Wort nicht wie ein Päuſchel, damit man die Wände auffetzert. Ortpeuſchel, Puchſchlage, Brech-Stangen, Pfletzen, Ziegen-Füße, Wende-Hacken, Böhrer, Reim-Nadel, Patronen, Blaß-Röhrer, Gruben-Licht, Unſchlit-Taſche, und der Tſcherper, item der Kübel, der Hund, die Einſtreiche, Wand-Ruthen, Grund-Laden, Schacht-Stempel, Kappen-Höltzer, &c. De lignis, quibus ſubſtruuntur moles, & Schacht-Höltzer vocantur, monere haud abs re erit, hæc adhiberi, ſi montem ut talpæ agrum ita excavarunt, ut à ruinis illius obrui metuant, proptereaque lignis ſtructurisque ſuffulciant: unde ſequitur puteum nullum ſtare, nec inſtaurari etiam poſſe, niſi ligna ſuppetant. Deficiente tamen ligno, Hercinici noſtri ut & Stolbergenſes excogitaverunt modum ad moles ſuffulciendas, muros ſcilicet inædificant, ruderibusque den Schut, ad muros extruendos, quæ magnis ſumptibus alias extraherent, ſapienter utuntur.

§. X.

Inter Machinas haud infimum locum habent Hydraulicæ, quæ aquis tum educendis tum inducendis inſerviunt das Kunſt-Zeug,

vel

vel die Künste. Olim magno labore hanc aquam metallifossores exhauriebant, manibus pedibusque nitentes. Hanc machinarum speciem der Pumpen, *vid. in Dn.* Löhneiß annexis tabulis. Hodie vero modici laboris, & multo majoris usus ad inventæ sunt. Requiritur vero ad ejusmodi Machinam Rota das Rad, quæ eam movet, receptaculum Rotæ die Rad-Stube, in quo continetur. Alæ radii, brachia, perticæ, palangæ &c. suis itidem germanicis nominibus insignita, der Kunst-Graben, das Gefluther, der Leit-Arm, der Korb-Schacht, die Zug-Stange, die Halm-Röhre, die Sätze, Spieß-Eisen, die Thürel-Röhre nebst dem Ventiel, die Strecken, die eisernen Güße, das Feld-Gestänge, die gebrochene Schwinge, Waltzen, etc. Ad metalla ex fodinis extrahenda juvat axis in peritrochio fune convoluto instructus, canistrum &c. iterum nominibus suis appellata. Ein Kehr-Rad, eine Spindel, die Trifft, der Korb, die Tocke, der Keßel, das Creutz, Spieß-Bäume, die Tonne, Globen, Ring, Seil-Hacken, Schurtz, etc. Huc etiam pertinent machinæ, quibus lapides metallici contunduntur, die Puch-Wercke, quas pueri metallici dirigunt, die Puch-Jungen, partim pulverem ex lapidibus confusis lavando, purificando, partim separando inutilem à bono, partim vero etiam exsiccando. Machina vi aquæ movetur, consistitque ex Rota aus den Puch-Rad, Pistillis, Puch-Stempeln, alveo &c. quas ita germanice appellabis, Däumlinge, Puch-Kielen, Puch-Tröge, Puch-Leitungen, Puch-Seile, Riegel, Schoß-Gerinne, Schlem-Graben, Kiste, Schlieg-Fässer, Gefälle, Plauen, und Treig-Herde.

§. XI.

Huc spectat etiam Machina, quæ aerem pestilentem è fodinis submovet, die bösen Wetter vertreibet, aeremque salubrem gute Wetter, inspirat, ut incisores die Häuer tuto laborare queant. Figuram earum machinarum vid. apud *Dn.* Löhneiß. Goslariæ, id quod probe notandum, multæ ex hisce machinis non habent locum, præprimis quod ad instrumenta minora pertinet: Nec lapides metalliferos propter sui duritiem non nisi multo & violento igne subigere & domare queunt, unde fit, ut harum operarii nudi incedentes ob nimium calorem laborent.

§. XII.

Religio mihi esset, divinum vere instrumentum, divinatoriam scilicet virgam (die Wünschel-Ruthe,) (h) silentio prætermittere, cujus ductu quod mirandum, metalla in puteis ubi, qualia, & pene quantum delitescant, certissime reperies. (i) *Conf. Harsdorffern in Deliciis, Mathem. T. 3. p. 410. Dn. à* Seckendorff im teutschen Fürsten-Staat, *p. 400.* Nonnulli illud instrumentum plane pro illicito habent, & quasi diabolico, magicoque; sed nulla prorsus ratione subnixi. Haud quidem negaverim, magos virgula quadam olim esse usos, sed virgulam hanc nostram divinatricem, metallorum indagatricem fuisse, quis ostenderit? neque etiam illud obnuerim, non quamlibet virgulam metallorum divinatricem esse (sed ridiculo magiæ aliquid illi subesse) nam non omnes juxta metalliferum solum crescunt. Virgula divinatrix, quod certissimum est, non ubique locorum progerminat, sed præcipue circa veteres puteos an denen alten Pingen und Hallen, non ex arboribus suos ramos in altum protendentibus, sed ex fruticetis arbustisque, terræ adjacentibus, foliis ut plurimum lividi subcaerulei coloris ex corilis salicibus &c. (k) A divinatoribus von denen Ruthen-Gängers optime de illis erudiri poteris.

§. XIII.

Nunc paucis recenseamus superest instrumenta, quibus excoctores utuntur in purgandis metallis, ut rubigo detergatur, & scoriæ removeantur. ut die Asch-Kasten, die Karren, der Bock, die Krücke, die Schür-

h) Nominis hujus deductio inde ni fallor petenda, quod in abscindendis iis virgulis scissores abutendo certam fundant precatiorem vel benedictionem, promittentes, se tunc ad unumquemque virgulæ motum reddere de hoc velle rationes.

i) Virgulæ istæ mercuriali exactissima cum metallis est sympathia, unde non in quærendis solum thesauris subterraneis vel venis, verum etiam superterraneis, terra, marique adprobantibus Galliæ nationibus usurpatur. Quid? quod! in prosequendis scaturiginibus rebusque furto ablatis nobilem præstant effectum. Confer. Mathias Wille von der Wünschel Ruthe. Theophilus Albinus in seinen entlarfften Idolo der Wünschel-Ruthe.

k) Rami isti, quod notandum, optata Costellatione ut ♃ vel ☿ ante solis ortum sunt abscindendi, & quidem scissura transversa von unten auf. Nonnulli quidem paria prædicantur de aliis materiis, uti emunctorio, in fundibulo einer Licht-Butze, oder Tabacks-Pfeiffe aliisve, sed absque ullo fundamento.

Schür-Schauffel, der Stoßholm, die Stachel-Zange, Feuer-Hacken, Wage, die Röſten, Hahe und Stich-Oeffen, der Treib-Herd, der Hut am Kranig-Zuge, die Verſetz-Wand, die Zarcken &c. Porro die Fürckel, das Stech-Eiſen, der Bley- und Gläth-Hacken, die Kölle, Kraile, Kolbe, Stöſſel Prüſche, das Reneißen, Rühr-Hacken, Probier-Löffel, Silber-Spieß und Meiſſel, Stoß-Hölzer, Schienfaſſe, Werck-Hammer, Leſch-Schur, und Kohlen-Schauffeln &c. Satis de inſtrumentis, nunc progredior ad rem ipſam, cujus cauſa tanti inſtituuntur labores, ſcilicet ad metalla ipſa.



CAP. II.

DE
METALLORUM HARCICORUM PRÆSTANTIA.

§. I.

NUnc rem ipſam ſeu metalla aggredior. Operæ vero erit pretium, materiam, ex qua metalla generantur, inveſtigare. Metalla teſte Jobo generantur in matrice terræ, quæ aqua reſtagnat, haud ſecus ac infans, qui ex parentum ſemine in utero matris gignitur. Die Metallen werden formiret und geziegelt in dem Mutter-Leibe der Erde, da viele Waſſers iſt, gleich wie ein Kind aus der Eltern Saamen in Mutter-Leibe geziegelt wird. Alibi dicit, ex pulvere terræ formatur ferrum admixta aqua. Aus der Erden Staub wird Eiſen, welcher mit dem Waſſer vermenget wird. Ex quo colligas, generationem metallorum opus divinum eſſe. Quid enim vilius quam aqua & pulvis? unde tamen corpus tam purum emergit. Quid? quod! opus illud eſſe divinum, etiam exinde concludes, quod divites venas aliquando pandet, quas die ſubſequente recludit, in ſpecialem mortalium argenti nimio plus cupidorum punitionem, monente Daniele, terram agrosque incolas puniendi cauſa ſæpius eſſe ſteriles, quod accidit ita etiam metalli-fodinis, ad puniendа

nienda metallicorum scelera. Inde mos inter metallicos maximopere laudandus, ut laborem semper precibus DEO fundendis incipiant.

§. II.

Ut vero metallorum generationem paulo attentius examinemus, absit, ut Jobi sententiæ contradicam, hanc ex coagulatione aquæ & terræ arcessentis. Interea negaverit nemo, aquam illam terramve certo quodam modo oportere esse contemperatam, quæ configuratio nulli præter Deum comperta. Aristoteles, Theophrastus, & alii huic quidem contradicunt, ac si lapis metallicus ex pura exhalatione terræ sine aqua fieret. Albertus tamen & Avincenna satis demonstrant, quibus haud dissentior, lapides omnino ex aqua & terra quæ sulphur & bitumen argento immixto consistere. *Confer. Georg: Agric: de ortu & causis subterraneorum Lib. V. fol. 75.* Quod & propria experientia, quippe qui à prima juventute inter metallicos vixerim, attestari queo, vetustissimos puteos magna aquarum copia exundantes, & propterea relictos postmodum, cum de novo instaurarentur, optimas produxisse venas.

§. III.

Nonnulli quidem ex Chymicis defendere audent, metallum vel lapidem metallicum solum mercurio esse attribuendum, ceterasque inde partes, ut sulphur & bitumen, quæ præcipuæ sunt, penitus rejiciunt. Quod tamen in expertis habeo Goslariæ, ubi torrendo mit Röſten sibi metalla adciscunt talem foetorem exoriri sulphureum, ut laborantibus inde certus morbus metallicus die Berg-Sucht accrescat. Quamobrem incisores die Häuer incipiendo sulphure, Bitumine & Arsenico (non vero mercurio) (nam si ea non colligunt metallorum fossio ei est detrimento, quoniam metallum haud multo gaudet argento *Conf.* Löhneiß *fol. 56.*) faciem larva obtegunt. Quam sæpe non accidit, ut fodinæ in flammas voluntarie erumpant, quæ nulla alia concurrente materia exoriuntur, quam ex multis particulis sulphureis, & bituminosis, quæ ita interno terræ calore comprimuntur, ut ignis inde excrescat.

§. IV.

§. IV.

Alii ex Mercurio & Sulphure metalla omnia conflari existimant, quod nego. Quia argentum vivum metallum in suo genere perfectum est, quod proprias sibi habet venas, quæ Cinnobri nomine veniunt Zinnober-Ertze, ut ex Misniæ fodinis colligitur, & quia ordinarie metalla una cum sulphure & bitumine admixtum habent, quod quidem bitumen plurimi metallicorum argenti nutrimentum & matricem appellant. Quod vero ex sulphure argentoque vivo commixtis per artem & ignem metallorum color immutetur, exinde non sequitur, à natura eundem procedendi modum servari. Nam ab arte ad naturam nulla est legitima conclusio. Vitra tincta gemmas exprimunt coloribus, inde non sequitur, per naturam ita fieri. Mirum prorsus est hominum genus alchymica gens & natio, tamdiu naturam sequuntur, Hypothesesque suas defendunt, donec pauperes, auroque destituti, cui tamen inhiant, excedant, evadant, erumpant. Id quod *& Scaliger de subtilitate adversus Cardanum Exerc. 32.* concinne exprimit. Alchimistæ pro carbonibus cinores, pro argento & auro cinerum favillas in fornace relinquunt.

§. V.

Alias hic etiam divendunt nugas fabellas, connexionemque Planetarum cum metallis prædicant, ac si quodlibet metallum talem similitudinem cum suo Sidere haberet, ut proles cum parente. Aurumque Soli, Argentum Lunæ, Plumbum album Jovi, nigrum Saturno, Æs Veneri, Ferrum Marti, & Argentum vivum Mercurio attribuunt. Hancce connexionem esse absurdissimam vel inde patet, quod non plures quam septem planetas habeamus, & tamen plura sint quam septem metalla; Inde quæstio mihi esset movenda, quos Planetas reliqua metalla pro suis parentibus agnoscant, alioqui spuria? respondent quidem nonnulli, certis planetis etiam plura metalla quam unum, quam commode posse attribui. At cur non omnia Soli aut Lunæ dedicant, aut duabus hisce simul, sic majori adhuc compendio studuissent.

§. VI.

Assentior in hac re Gilgil Arabi, qui plane hanc metallorum

generationem igni adscribit subterraneo, cujus vis & efficacia major est, cum extima terræ superficies frigidior ut in Hercinia gelu obducta. Terræ enim calor in interioribus visceribus concentretur necesse est, virtutisque tanto majoris, ut purum imo purgatissimum veluti ex fornace exiens sæpissime effodiant argentum. Quid multis? ex confectione vitri liquescit, quod quemadmodum vehementissimo igne è liquato cinere exprimatur, ita etiam metalla haud aliter, quam vi ignis in unam massam coalescere & ab invicem separari possint. Conf. omnino *Georg. Agricol. de ortu & causis subterraneorum, Lib. V.*

§. VII.

Ut pluribus demonstrem, ignem esse subterraneum, qui metalla coquit, venasque in dies pullulantes recrudescentesque de novo parit, testes erunt mihi Mathesius in Sarepta sua & *M. Albinus in Chronico Misnico*, dicentes, specum quandam 1576. in monte *S.* Andreæ repertam, quæ singulis tribus mensibus sociis & consortibus 60. unciales argenteos distribuerit. Quodque notatu dignum argentum, jam elaboratum in magna copia inventum, fluidum tamen, ut posset manibus comprimi, & butyri speciem referebat, cum vero in vase reconditum esset, ibique exsiccatum, terræ fictilis formam habuisse, sed igne admoto statim purum & obrusum argentum, centumque pondo argenti esse factum. 1576. ist in *S.* Andreas-Berg eine Zeche *S.* Georgen fündig worden, welche alle Vierthel Jahr 60. Rthlr. von einem jeden Kucks Ausbeut geben; und ist besonders wohl zu mercken, daß in derselben zum öftern weich-fließend gediegen Silber gefunden, welches aus dem Gange und Drusen geflossen, daß man es mit Händen zusammen raffen können, und ausgesehen als eine Butter-Milch. Wenn man es ins Glas geschöpffet, und es darin trucken worden, sey es keinem Metall, sondern einem Thon gleich anzusehen gewesen: jedoch wenn es ins Feuer kommen, wäre es alsobald fein worden, und hätte der Ct. davon in 100. Marck Silber gehalten.

§. VIII.

Satis de origine metallorum. Nune metalla, quæ Hercinia nobis suppeditat, persequar. Primum vero eorum diversa genera recense-

censebo, ut sunt 1) metalla argento imprægnata, quæque varii generis sunt.

a) Metallum splendens Glantz Ertz, quod cum argento & plumbo sæpissime etiam cuprum admixtum habet.

b) Purum from Ertz, quod ad minimum dimidiam partem argenti habet, & reliqua parte plumbum est.

Hoc enim est universale in re metallica principium, omne metallum argenteum semper aliquid plumbi in se habere, & vice versa, omne plumbeum semper aliquid argenti. Inde metalla, quæ plumbum secum habent, statim his inseram.

c) Metallum luteum Bleyschweiff oder Mulm.

d) Lutum seu nondum ad perfectionem redactum Schmer-Ertz.

e) Metallum rubrum roth Bley-Ertz.

f) Metallum vitreum vel molle Glaß-Ertz, quod metallici ut purum jam excoctum plumbum dissecare possunt.

g) Metallum rude album pellucidum weiß Gülden Ertz, quod metallo puro dem frommen Ertz haud dissimile, modo cum hac distinctione, quod illud ceu vitrum pellucidum, aurique aliquid pollicetur, hoc vero non.

h) Rude rubrum seu Chrystallinum roth gülden Ertz, ob splendorem & bonitatem ita dictum, de quo metallici referunt, hoc si diu in fodinis remaneat, ex illo tandem purum fieri aurum.

i) Alias in nonnullis specubus, ut supra monui, jam defœcatum effodiunt argentum Gediegen Silber, in aliis stamineum, Drat-Silber, in aliis quasi limatum gefeiltes Silber, &c. quod rarissime contingit.

§. IX.

2.) Metalla quæ Cupro imprægnantur sunt iterum varia

a) Metallum Cupri album weiß Kupffer-Ertz.

b) Flavum. Gelb Kupffer-Ertz.

c) Canum. Graues Kupffer-Ertz, etc.

Huc etiam referuntur lapides hexagoni & heptagoni, qui ex calore æque gignuntur, sed superveniente vento agitati, multiformes fiunt, & dentati, ita statuente Mathesio Sar. Conc. III. fol. 46. Die

Drusen kommen von der Hitze her/ in welchen das Wetter aus und ein zeucht, da so schöne Zäncklein werden, die der Wind poliret und abecket, daß sie ihre rechte Abtheilung, gleiche Seiten, und abgestohlne Kümpfe haben.

3.) Metalla, quæ ferrum.

a) Quæ in se tale exhibent, eorum habemus unam tantum speciem.

b) Quæ chalybem dant. Hæc recensita metalla sua singulari proprietate gaudere nemo inficias iverit.

§. X.

Hosce thesauros omnes in Hercinia nostra non solum desiderabis, & quidem in inferiore, sed & pretiosissimas mineralium species deprehendes. Profert illa aurum, quod ab argento separatur, argentum, glœtum, plumbum, cuprum, ex rudi metallo eductum, ut & cuprum ex ferro, ope aquæ universalis, quæ ex Ramelii monte effluit. Ex lapidibus argenteis, qui ibi effodiuntur, vix drachma argenti elicitur. Quoniam vero multi sunt, operæ pretium merentur ex mineralibus sulphur, quod est pinguedo terræ, quam vis caloris exprimit Conf. Georg. Agricola de ortu & causis subterraneorum Lib. III. fol. 45. Cadmia, vitriolum hungaricum, seu atramentum sutorium, vitriolum viride grüner Glitzen-Stein, vitriolum coeruleum album, Jöckel-Gut oder Rosen-Gut, Atramentum canum, Grau Atrament, & atramentum rubrum materiam luteam, quam cuniculus ibi præbet Ocker-Gelb, sebum metallicum Berg-Talg, alumen plumosum Feder-Weiß, Misii &c.

§. XI.

Hercinia superior, ut Cellerfelda, Lautenthalia, Wildemann, & Grunda, item Clausthalia, Andreæ mons, Altenavia &c. nobis similia donant. Lautenthalia ex ditissimis argenti lapidibus aurum, reliquæ civitates solum argentum, plumbum, cuprum & alia. Metalla argentea, quæ Zellerfelda & quidem copiose alit, ad minimum quinque ad sex tetradrachmas ponderis habent. Lautenthaliam civitatem revocans, hæc metallum rude album & rude rubrum à fodina

dina nomine Lautenthals Glück, copiose profert, ut, qui in portionum metallicarum societatem veniunt, pro una portione quam kukci loquuntur, singulis tribus mensibus 30. unciales argenteos Ausbeute, accipiant. Grunda præprimis lapidibus gaudet ferreis, quos Iberga mons fovet.

§. XII.

Quia vero sæpius incidit vox Kukus, de hac pauca dicam. Nomen hocce ex sententia Mathesii ortum à primo earum partium divisore, nomine Kukus, qui totam specum in portiones divisit. Cum iis vero res ita sese habet, puteus simulac instauratur, statim partes suas certas 128. quæ Kuki audiunt, recipit, quæ distrahuntur inter societatem contrahentes, & ad fodinam excolendam sumtus pro rata conferunt, indeque sumtuum largitores vocantur.

§. XIII.

His itaque divisis, rationum Magister der Schicht-Meister, init sumtuum faciendorum rationem, ita,ut symbolum cujusque portionis unum, duos tres aut plures thaleros efficiant Zubuß, qui in distributis propterea Schedulis significantur, singulisque tribus mensibus prætermissis eos solvere symbolorum largitores sunt obligati, si vero istam solutionem ad quatuor septumanas usque negligunt, partibus suis omnibus privantur, so kommen sie ins retardat. Senatus & Basilica, si quas habent portiones, symbola non solvunt, item Dominus territorii, quiquatuor accipit, sed loco symbolorum ligna omniaque instrumenta quæ ad fodinas modo necessaria sunt, præbet.

§. XIV.

In puteo crescentibus deinde magis & magis venis, symbola & sumtus in illius culturam adhibiti minuuntur, & tandem, si ex venis satis argenti promitur, symbolorum largitores expensas ex suo facere non tenentur, quin potius illis singulis tribus mensibus aliquid lucri distribuitur, quo ad portiones emendas fiant alacriores. Lucrum illud Decumanus distribuit, lucroque illo crescente ex 128. partibus 132. fiunt, quatuor Ecclesiæ & Senatui attributis.

§. XV.

Ad reliquas Clausthalienſium me converto fodinas, quæ certe ejusmodi ſunt momenti, ut hodiernis diebus inter optimas totius Germaniæ ſummo jure posſint referri. Diverſa illæ etiam nobis proferunt lapidum genera, ut metallum rude vitreum Glaß-Ertz, rude album pellucidum weiß Gülden Ertz, rude rubrum roth Gülden Ertz/ ut & metalla rudia cuprea & alia. Eſt, quod miremur, jam à multis ſæculis ſemper civitatem aliquam metallis nobilem circa hunc tractum extitiſſe. Nam ex hiſtoricis relatum legimus ſec. XIV. & XV. Andreæ montem ita floruiſſe, ut nihil ſupra potuerit. *Dn. Mathefius in Sarepta ut & Albinus.* Fodinam quandam nomine St. Georgen laudibus extollere ſatis haud poſſunt, quæ non ſolum purum argentum protulit, ſed & pellucentisſimum lapidem metallicum rudem rubrum, imo optimum metalli vitrini genus; Paucis, tales occulti fuerunt theſauri, ut igne ſpecubus ſubjecto (nam pulvis nitratus eo tempore non erat uſitatus) ad diſſolvenda eorum vincula, ligna puro putoque argento, deinde metallici obducta reperierint. Quid? quod! Specus nomine St. Jacob tales oſtendit metallicos lapides, ut gemmariorum Lipſienſium quidam pro uno 500. thaleros ſit licitatus, qui 62. Marcas argenti ponderabat. Theuerdanck, St. Anna & Gnade GOttes, ſimilibus ſuperbierunt gazis, præcipue vero argento ſtamineo Haaricht Silber, cujus tantam habuerunt copiam, ut quisque in portionibus ſocius 40. unciales argenteos quarta quaque parte anni in lucrum Ausbeute, acceperit. Quoniam vero puteus talis multis obnoxius eſt fatis, ita ut quandoque DEO mortalibus irato venas derepente ſubducat, modo inundetur, nunc etiam, ſi unius ſeriei non ſint venæ wenn ſie nur Neſt und trümmer-weiß gefunden werden; ſic pedetentim factum, ut in dies magis magisque metalla decreverint, tandemque inculta prorſus permanſerint.

§. XVI.

Hodie vero cum reliquis, ut Clausthalienſibus & Altenavienſibus, florere iterum atque iterum Andreanæ ceperunt, ut nihil aliud producant, præter metallum album weiß gülden Ertz, & quidem ex

Ad pag.

Ausreiß = Zettul

Fürstl. Braunschw.
Wildemann,

Erge.			
.	3.	-	10.
A.			
.	3.	-	10.
.	3.	-	30.
. .	-	-	-

Hau

[illegible] - [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

fodina nomine Samſon, quæ ita argentifera, ut meis temporibus, cum fornaci immiſſæ fuiſſent moleculæ metalli, ut ibi expurgarentur, tanta argenti copia imprægnata, ut illi continendæ capax non fuerit fornax. Quoniam vero non ſemper ex voto i. e. copioſe, & in continua ſerie, ſed modo per intervalla Neſter-weiß, procedit portio, haud plus quam 16. unciales argenteos in lucrum offert.


§. XVII.

Quid dicam de Clausthalia benedicta? non incongrue dico benedicta, nam ſi divitias quibus affluit perpendo, videtur, omnem benedictionem in ea ſedem locumque ſibi elegiſſe. Quis enim non obſtupeſcit ob immenſas fodinæ nomine Dorothea gazas, quæ tantum numerum metallicorum lapidum argento ditiſſimorum fovet, ut neſciant loca, quibus eos contineant, & ligna, quibus fundant ædes ad eos conſervandos, vix ſuppetant. Gaudet 132. partibus, quarum una quæque 110. unciales argenteos zur Ausbeute, affert. Inauditum certe proventum, à prima metallorum inventione! Prope ad illam accedit Carolina benedicta, quæ quidem metalla æque copioſe profert, non vero in tanta copia ut Dorothea! inde modo 50. unciales argenteos proventus offert. O qualis benedicta Carolina! O qualis formoſa Dorothea! Si omnes Dorotheæ, ſi omnes Carolinæ ejusmodi virtutibus eſſent præditæ, quam libenter ſibi ſponſas ejusmodi adſciſcerent, mihique ipſi adſciſcerem.

§. XIIX.

Ne vero taceam aliorum puteorum valorem, ſchedulas metallicas cum pretii tum lucri Berg-Preiß und Ausbeut-Zettul, adjeci. DEUM ter optimum Maximum precor, ut Venas cum Herciniæ inferioris tum ſuperioris ſartas tectasque conſervet, ut ad multos annos Principes ſuos theſauros, cives pecuniam metallicique panem exinde accipere poſſint.

CAP.



CAP. III.

DE METALLI-FODINARUM HARCICARUM FINE.

§. I.

QUæret aliquis, qualem metalla habeant uſum, & quo fine excolantur? libens illud fatebor, certiorem videri ex agrorum quam ex venarum cultura proventum: qui enim agros excolunt, non habent, unde ſibi à ſucceſſu metuant, terra ſemen ſibi commiſſum cum fœnore certo reſtituit: qui vero in puteis operam ſumtusque collocant, ſecuri non vivunt, in dies ſolliciti, fore ut venæ ceſſent & fruſtra faceſſant hi ſcrupuli, nihil in vita aggredi ſuſtineremus, ſi certa omnia expectanda; ſperanda meliora, nusquam animo deſpondendum.

§. II.

Quo vero cuivis pateat, quantæ utilitatis ſit cultura metallorum, nunquid metalla præbent, quibus ſubigantur agri, & demetantur frumenta; Metallorum etiam generatio DEI omnipotentiam magnamque ejus ſapientiam magnificentius demonſtrat, quam Agricultura. Quilibet ſimplicior ruſticus modum, quo creſcit frumentum, novit, rationesque incrementi illius reddere ſufficit, inter metallicos pauci, nemo potius de generatione & formatione metallorum rationem reddere poteſt, quam DEUS ter Optimus Maximus, qui ſibi ſoli reſervavit, ut ex Alchymiſtis evidenter patet, qui à tam multis annorum myriadibus in hæc DEI ſecreta penetrare ſatagunt, nec niſi ventum, & fumum inde reportant. DEI ergo immenſam ſapientiam, omnipotentiam, clementiamque in metallis mirificam admirare, atque is eſto finis laboris metallici primarius.

§. III.

§. III.

Cui accedit salus Reipublicæ, Principisque commodum, quod per metalla cum tempore belli, tum pacis promovetur, & quidem Principis res optime agitur, si bellis implicitur, quæ certe haud parum requirunt argenti, ex fodinis illud petere potest, quantum opus habet, nec habet necesse subditos immodicis exactionibus tributisque opprimere. Longe majoris etiam momenti est tempore pacis, pace vero stabilita, prima hæc Principis cura est, ut vastatas afflictasque sævitia belli provincias instauret recreetque, in fodinis vero suis ut in publico ærario media certa reperi, & quibus subditis parcendo omnia pristino statui restituat. Paucis, Princeps talis potest sine incommodo subditorum exercitus conscribere, urbes exstruere, & tamen thesauros posteris relinquere. Sic tales divitias Philippus Alexandri M. parens, referente Diodoro Siculo, per singulas septimanas ex metallis sibi adscivit, quas plurimi duodecim millia coronatorum æstimant, inde magnas urbes exædificavit, aliaque ad usum Reipublicæ magis magisque observavit. Propius ad nostra tempora deveniam, nonne Ferdinandus ex metallis Bohemicis ultra modum est ditatus? Et qualem quantamque argenti vim nostri Principes cum anterioris temporis tum præsentis ex Fodinis collegere *vid. Georg. Agricol. de veteribus & novis metallis Lib. III. Principes vici Brunonis, inquit, bona cumularunt ex Cellerfeldi fodinis aliisque.* Felices Principum illorum subditos, qui multis haud gravantur oneribus, in suis fodinis abunde reperiunt, unde suo splendidissimo comitatui alendo sufficiant, palatia vere regia extruant, oppida arcesque muniant, immensos alant exercitus. Hæc Fodinæ nostrates præstant commoda.

§. IV.

Expedit etiam bono Reipublicæ, ut Principum subditi ditentur, quorum bonis si indiget Princeps, præsto illa sint. Quantum vero fodinis privatorum facultates augeantur, noverunt, qui partem in fodinis habent, societatisque metallicæ membra sunt; Exempla multa profert *Georg. Agricola de veteribus & novis* metallis, interque alios ex metallis ditatos recenset Comites Mansfeldenses, Barones de Pflug, de Rosenberg, Nobiles de Sleinic de Schönberg, de Storstedel, de Spiegel & alios. Quid & homines privati, nam

memini ipſe conterranei mei alicujus, qui prius Iro pauperior, deinde ex metallis ingenti lucro facto poſtea ditiſſimus evaſit, nec dicere dubitavit, nunc ſe à paupertate eſſe ſecurum, planeque fieri amplius non poſſe, ut egeſtati ſuccumberet. Temere dictum quidem & confidentius, unde tamen quæſtum ex fodinis quæſitum exiſtimes

§. V.

Ultimo reputent etiam, quantis & quam multis incommodis obnoxia eſſet, quæ prius obtinuit rerum permutatio, quæ quidem ſi haud ſuccesſiſſet argenti inventio nunc adhuc obtineret. Quid enim moleſtius, quam commercia rebus commutatis inſtituere. Vis carnibus veſci, comprimenda tibi eſuries, ſi frumentum aliudve tibi non ſuppetat. Quanta rerum confuſio! Poſtea vero homines ſapientiores facti, hanc molem abrogare laborarunt, pecuniamque introducere. Quinam vero priores argento uſi fuerint, varie diſputatur. Herodotus Lydiis, Plinius Servio Tullio, alii Jano &c. attribuunt, nihil vero certi ullibi reperitur. Hoc ſolum certum eſt, primis ſæculorum temporibus metalla jam floruiſſe, quod ex diverſis ſacræ ſcripturæ capitibus apparet, ſed de argento excuſſo vel impreſſo, de quo jam ſermo eſt, nullibi conſtat, ſi Plinium excipias, qui aſſerit, Servium Tullium Romæ primum ob magna pecorum commercia, ſeu ob ingentem, quem percipiebat ex pecorum commercio proventum, pecudis effigiem imprimi juſſiſſe; inde adhuc ad hæc usque tempora Latinis argentum pecuniæ nomine audit.

§. VI.

Hodie ſignati argenti nihil novi eſt. Verum enim vero, Princeps, qui monetæ fabricandæ excudendæque Jure gaudet, magni habetur. (1) Inde nonnulli, qui ſuis in ditionibus venis plane carent, argentum magnis ſumtibus cöemunt, competens Jus monetandi exerceant, quod Statuum Imperii privilegium eſt. Multo melior eſt illorum Principum conditio, qui ex propriis fundis argentum eruere poſſunt, ut noſtris Nutritoribus Clementiſſimis accidit, qui

1) Jus fabricandi monetam ad regalia maxima haud male referendum Roſenth. Conch 48. Indeque Imperator ſine Electorum Conſenſu concedere ulli haud poteſt Cap. Leopold: Art. 34, nec cohæret hoc Jus ſuperioritati territoriali Myler de Statibus Imper. 6. 7. §. 3. Ad fabricandas vero monetas varia Jura conſideranda veniunt, ut 1] monetæ Jus & cura vel legibus monetariis convenientia.

2) Concesſio monetas cudendi, quæ ſoli Imperatori competit, quæ vero ſolum extendenda ad hos, qui non ſunt ſtatus Imperii, ut Provinciales civitates quæ ſunt

Magde-

qui certe præ aliis sunt felices, quod optimas totius Germaniæ metalli venas nunc foveant nitidissimasque argenti excudendique formas possideant, unde tanti momenti nostras fit, ut Judæi, quotquot ad se trahere possunt, corrodant, eaque iterum liquata vasa denticulatas-que tænias exinde confici curent.

§. VII.

Hac occasione pauca de monetandi genere adhuc adjiciam. Supra jam breviter monui, monetarum Magistrum Der Müntz-Meister argentum excudendæ monetæ idoneum, postquam defæcatum purissimumque illud esset, à Decumano soluta pecunia accipere; quo facto, argentum illud de novo funditur, & quoniam argentum obrusum non ita commode operarii ob perexiguam formam, quæ inde exurescit, excudere possunt, & etiam Principi noceret, cui inde parum frugis & commodi accresceret, certam portionem cupri addit (v. g. 100. Marcis argenti quas liquat XI. Marcas tetradrachma & IX grana) & deinde liquato argento, certas moleculas conficit, quæ in diversas secantur partes tam ad thaleros, vel ad florenos &c. operariis suis fabricandas committit, qui exinde pecuniam vel imprimendo vel excudendo conformant. (m)

§. IIX.

Hic vero quæstio exsurgit, utrum melius sit, pecuniam excudendo conficere, an prælis subjiciendo? Ad quod respondeo, contrahi quidem laborem, & operas esse concitatiores, cum impressoria

machi-

Magdeburgum, Hannoveram, Stolbergam, [illegible], Wismar &c. cum respectu eorum, qui sunt [illegible] [illegible]

3) Jus ipsum cudendi monetas.

4) tandem Jus monetarum [illegible] habendi de quibus omnibus vide [illegible] de re monetaria [illegible] de Jure Regal. [illegible]

Nonnulli Doctores [illegible] esse [illegible] Rec. Imp. A. 1570 [illegible] 132 [illegible], quam [illegible] experientia aliud de hac materia [illegible]

(m) Huc spectat quoque [illegible] III. Tit. 28. §. XLIV. [illegible]

l) Quoad formam, [illegible] Zeichen [illegible] Werte [illegible] schläget/ hæc vero arbitraria est. Cr. [illegible] 43. [illegible] 27. [illegible]

ll) Quoad materiam, [illegible] Schrot und Korn. [illegible] ubi pœna ignis habet locum Const. Cr. Art. [illegible] [illegible] [illegible]

machina usurpatur, pluris tamen æstimo impressionem malleo factam quam prælo. Nam præla non tanti gravis ponderis sunt, & consequenter non ita distincte exprimunt insignia quam malleus, unde pecuniam sub prælo factam antiquatam sæpissime reperimus insignibus plane carentem, quia nimium manibus utentium trita erat, **weil es viel durch die Hände gangen.** Quod tamen secus est in pecunia malleo excusa.

§. IX.

Pauca tandem de metallicis operariis monebo, qui alias si venæ deessent, inedia consumi aut castra sequi tenerentur. Quoniam vero bella non semper geruntur, nec cujusvis est, martem sectari; DEO ter Optimo terque Maximo merito grates persolvamus oportet, quod etiam in aperiendis metallis huic pauperi populo mediantibus Dominis territorialibus prospexerit, panemque præbere clementissime voluerit. In quo capite & Nostri *Serenissimi Nutritores* præprimis Clementes se præbent, cum omnia, quibus ad vitam indigent, sine solutis tributis vectigalibusque sibi comparare queant, & omnium onerum sint liberi, per singulasque septimanas mercedes accipiant, quæ quidem simpliciter in se consideratæ haud magni momenti. Nam Præses Fodinæ superior **der Ober-Steiger** accipit 1. thalerum 16. Mariægrossos.

Præses Fodinæ inferior **der Unter-Steiger** 1. thalerum 10. Mariægrossos, Incisor **ein Häuer** 12. Mariægrossos.

Qui carris quod extractum est vehit **ein Karren-Läuffer** 11. Mariægrossos &c. &c.

Cum tamen privilegia, quibus gaudent, intuemur, jam majoris sunt momenti. Atque hic est secundarius nostrique Tractatus pro tempore

FINIS.

---

cta, sed etiam ea, quæ minoris valoris est, imo & quæ minimi valoris, in magna tamen fabricata capita Cz: Qv: 42. n. 45. Quodsi tamen moneta extranei Principis fabricata, pœna gladii solum dictatur ibid: Nro: 71.

3) Si quis monetam probam radit, vel minuit abscindendo, hic pœnæ arbitrariæ locus Const: Crim: d: Art: III. quæ pœna tunc quoque obtinet, si quis grandiorem monetam in fornace resolvit & leviorem exinde facit d. Art. III. in eos qui falsam monetam a fabricatoribus scientes accipiunt, eamque iterum expendunt, **die falsch Geld aufwechseln und ausgeben/** in Const. Crim. Art: III. pœna quoque ignis statuta est, verum hodie & in Saxonia & extra eam pœna fustigationis & relegationis perpetuæ dicatur Cz. d: Qv: 42. Nro 28. & 97. Brun. ad L. 2. c. de falsis monet. L. 8. ad L. Corn: de fals: de quorum pœna leges Art: III. Ord: Crim: & tot: Tit: C. de fals: mon. Cz: I. Qv: 42. & seqq.

❧)!(❧

.OGICA
T(ICENSIS ET
L|VS PROGERMI-
AD TEMPORA

V.

Stegorum Widekindorum

† 1584.

Otto Wil | Philippus M. † 1553. Julius succ. in Brunf. † 1589.
† 1641. † 1
Henric9 Juli9 Philipp9 Sigismundus
'Julius Ern | Georgius | fuc. † 1613. † 1626. Ep. Ofnabr.
Rudolphus | † 1641. | Fridericus Ulricus † 1634. Chriftianus Epifc. Halberft. † 1626.
fuc. in Bru

Auguftus Fr|helmus, † 1676 1705. | Johannes Fridericus, vivit Hann. † 1679. | Erneftus Auguftus, Elect: Hannoveranus † 1698.

ximil: Wilhelmus ma Cæfar: fequitz. | Carol. Philippus † 1669. | Chriftianus † 1703. | Erneftus Auguftus Epifcop. Ofnabrug.

Elifabetha
uxor jam
Cæfaris (|atus 1683. die 10. Novembr. | Sophia Dorothea uxor jam viventis Prusfiæ Regis.

Fridericus
nat|nceps ordine ftatim cum natus mortuus 1716. | Georgius Wilhelmus † 1718.

